

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI

OPERA.



— ♦♦♦♦ —
PARISIS. — EXCUBEANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.
— ♦♦♦♦ —

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI
OPERA.


GRÆCE ET LATINÆ.

RECOGNOVIT

GUILELMUS DINDORFIUS.

ACCEDUNT INDICES NOMINUM ET RERUM LOCUPLETISSIMI.

VOLUMEN PRIMUM.



sch

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC XLV.

PRÆFATIO.

Flavius Josephus ex iis scriptoribus erat quos nostrorum temporum ars critica nondum sibi sumpserat tractandos. Ea quum alio apparatu instructior est quam quæ olim exercebatur, velut subtiliorum grammaticæ legum cognitione; tum hoc potissimum præstat, ut uniuscujusque testis indolem et naturam exploret priusquam ejus admittat testimonium. Plurima enim jam olim in scriptis codicibus de industria mutata sunt et ad earum aliquam quæ multis seculis post ipsos scriptores vigeant loquendi aut sentiendi consuetudinem aptata. Quare detegendæ scripturæ genuinæ nulla potest spes esse, nisi prius in codices ipsos et testes alios inquisitio diligentissima fuerit instituta, ut sciāmus quinam sint et quibus modis interpolati, quinam infucatæ veritati propiores. Hoc ipsum in Josepho faciendum restabat, cujus codicum sat ampla copia superest. Ii et inter se multum dissentiunt, et sæpe discedunt a vetustissima translatione latina (quæ maximi pretii est critico, male edita, verum integrior in manuscriptis); denique chronographi et alii scriptores, multa ex Josepho prope ipsis ejus verbis repetentes, diversa referunt nonnunquam. Quorum omnium dijudicatio quum multum temporis et otii postulare videretur, feliciter accidiit ut **GUILIELMUS DINDORF** per litteras nobis significaret se permulta de Josepho parata habere et eum scriptorem aliquot millibus locorum emendatiorem ad nos missurum. Id exemplum, multis et egregiis emendationibus vulgatæ inde ab Hudsono scripturæ conspicuum, nos excudendum curavimus; ipse autem vir celeberrimus in alterius voluminis præfatione pluribus de crisi Flaviana exponet.

Interpretatio latina, quam ab nescio quo (non enim ab ipso) confectam Hudsonus editioni suæ adjecit, sæpissime, in prioribus præsertim libris, a græci scriptoris sententia aberrat. Quare laborem haud hercle gratum subivimus græca cum latinis conferendi: atque ita effectum esse speramus ut, ubi integra est scriptura græcorum, quid dicat Josephus ex latinis intelligi possit.

Denique indices operum Josephi qui feruntur quum nemini posse satisfacere viderentur, impensæ non parsimus, quo ne ab hac parte editio nostra claudicet. Dudum enim ad condendum indicem plenissimum et ordine luculentum scripta Josephi assidue versat doctissimus *Theodorus Müller*, qui olim in Historico-rum veterum fragmentis edendis fratrem adjuvit, nunc in Academia Gottingensi humaniores litteras docet. Est autem nova hæc opera quæ alterum volumen, typis jam excusum, nunc moratur, sed cum bono, ut speramus, emptorum emolumento.

Parisiis, kal. sextil. MDCCCXLV.



Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΒΙΟΣ.

Ἐμοὶ δὲ γένος ἐστὶν οὐκ ἄσχημον, ἀλλ' ἐξ ἱερῶν ἀνω-
θεν καταβεβηκός. Ὡς περ δὴ παρ' ἑκάστοις ἄλλη τις
ἐστὶν εὐγενείας ὑπόθεσις, οὕτω παρ' ἡμῖν ἡ τῆς ἱερω-
σύνης μετουσία τεκμηρίον ἐστὶ γένους λαμπρότητος.
Ἐμοὶ δ' οὐ μόνον ἐξ ἱερῶν ἐστὶ τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ
ἐκ τῆς πρώτης ἐφημερίδος τῶν εἰκοσιτεσσάρων, (πολ-
λὴ δὲ καὶ τούτῳ διαφορὰ,) καὶ τῶν ἐν ταύτῃ φυλῶν ἐκ
τῆς ἀρίστης. Ὑπάρχω δὲ καὶ τοῦ βασιλικοῦ γένους
ἀπὸ τῆς μητρός. Οἱ γὰρ Ἀσαμωναίου παῖδες, ὧν
ἐκγονος ἐκαίνη, τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἐπὶ μάλιστα χρόνον
ἡρχιεράτευσαν καὶ ἐβασίλευσαν. Ἐρῶ δὲ τὴν διαδο-
χὴν. Ὁ πρόπαππος ἦν ἐμοὶ Σίμων ὁ Ψελλὸς ἐπικα-
λούμενος. Οὗτος ἐγένετο κατ' ὃν καιρὸν ἡρχιεράτευσεν
Σίμωνος ἀρχιερέως ὁ παῖς, ὃς πρῶτος ἀρχιερέων
Ὑρκανὸς ὠνομάσθη. Γίνονται δὲ τῷ Ψελλῷ Σίμωνι
παῖδες ἐννέα· τούτων εἷς ἐστὶ Ματθίας ὁ Ἡρλίου λε-
γόμενος. Οὗτος ἡγάγετο πρὸς γάμον θυγατέρα Ἰωνά-
θου ἀρχιερέως, τοῦ πρώτου ἐκ τῶν Ἀσαμωναίου παίδων
γένους ἀρχιερατεύοντος, τοῦ ἀδελφοῦ Σίμωνος τοῦ ἀρ-
χιερέως. Καὶ γίνεται παῖς αὐτῷ Ματθίας ὁ Κυρτὸς
ἐπικληθεὶς, ἀρχόντος Ὑρκανοῦ τὸν πρῶτον ἐνιαυτόν.
Τούτου γίνεται Ἰώσηπος ἐνάτῳ ἔτει τῆς Ἀλεξάνδρας
ἀρχῆς, καὶ Ἰωσήπου Ματθίας βασιλεύοντος Ἀρχελαοῦ
τὸ δέκατον, Ματθία δὲ ἐνῶ τῷ πρώτῳ τῆς Γαίῃ Καί-
σαρος ἡγεμονίας. Ἐμοὶ δὲ παῖδες εἰσι τρεῖς, Ὑρκανὸς
μὲν ὁ πρεσβύτατος ἔτει τετάρτῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ
Καίσαρος ἡγεμονίας, ἐξδύμῳ δὲ Ἰούστος, ἐνάτῳ δὲ
Ἀγρίππας. Τὴν μὲν οὖν τοῦ γένους ἡμῶν διαδοχὴν,
ὡς ἐν ταῖς δημοσίαις δόλοις ἀναγεγραμμένην ἡδύον,
οὕτω παρατίθεμαι, τοῖς διαβάλλειν ἡμᾶς πειρωμένοις
χαίρειν φράσας.

β'. Ὁ πατὴρ δέ μου Ματθίας οὐ διὰ μόνην τὴν εὐ-
γένειαν ἐπίσημος ἦν, ἀλλὰ πλέον διὰ τὴν δικαιοσύνην
ἐπὶ ηἵκειτο, γνωριμώτατος ὧν ἐν τῇ μεγίστῃ πόλει τῶν
παρ' ἡμῖν τοῖς Ἱεροσολύμοις. Ἐγὼ δὲ συμπαιδευόμε-
νος ἀδελφῷ Ματθία τοῦνομα (ἐγγόνει γάρ μοι γνήσιος
ἐξ ἀμφοῖν τῶν γονέων) εἰς μεγάλην παιδείαν προύκο-
πτον ἐπίδοσιν, μνήμη τε καὶ συνέσει δοκῶν διαφέρειν.
Ἐτι δ' ἄρα παῖς ὢν, περὶ τεσσαρεσκαίδεκατὸν ἔτος,
διὰ τὸ φιλογράμματον ὑπὸ πάντων ἐπὶ ηἵκειτο, συνιόν-
των αἱ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς πόλεως πρώτων,
ὑπὲρ τοῦ παρ' ἐμοῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν
τι γινώσκειν. Περὶ ἑκατάδεκα δὲ ἔτη γενόμενος ἐβούλη-
θην τῶν παρ' ἡμῖν αἰρέσεων ἐμπειρίαν λαβεῖν· τρεῖς
δ' εἰσὶν αὗται, Φαρισαίων μὲν ἡ πρώτη, καὶ Σαδ-
δουκαίων ἡ δευτέρα, τρίτῃ δὲ ἡ Ἰουδαίων, καθ' ὅς πο-

FLAVII JOSEPHI

VITA.

Mihi autem genus est non ignobile, sed ex sacerdotibus
longa serie deductum. Quemadmodum scilicet apud unam-
quamque gentem diversa sunt nobilitatis argumenta, ita
apud nos honoris sacerdotalis participatio splendoris generis
indiciū est. Ego autem non solum ex sacerdotum oriun-
dus sum genere, verum etiam ex classe prima inter illas
viginti quattuor, (magna in hoc est excellentia,) et nobilis-
sima populorum ad eandem pertinentium familia. Porro ma-
ternum mihi genus a regibus est. Nam Asamonae liberi, e
quibus illa prognata est, summum in gente nostra pontifi-
catum regnumque diu obtinuerunt. Seriem autem succes-
sionis recensebo. Atavus meus erat Simon cognomine
Psellus. Ille vixit eo tempore quo Simonis pontificis filius,
qui primus inter pontifices Hyrcanus appellatus est, ponti-
ficatum gessit. Simoni autem Psello filii erant novem :
et in his unus Matthias, Ephrae filius dictus. Hic uxorem
duxit Jonathae pontificis filiam, qui primus ex Asamonaeo-
rum genere pontificatum in domum suam intulit, frater
autem erat Simonis pontificis. Ex ea filium Matthiam, Gib-
bosum nominatum, suscepit, primo quo genti imperavit
Hyrcanus anno. Huic nascitur Josephus nono anno regni
Alexandrae, Josepho vero Matthias anno Archelai regis deci-
mo, Matthiae autem ego primo anno principatus Caii Caesaris.
Mihi porro tres sunt liberi : Hyrcanus quidem maximus,
anno quarto natus imperii Vespasiani Caesaris, Justus vero
septimo, nono autem Agrippa. Atque ita quidem generis
nostri successionem, prout in tabulas publicas relatum
inveni, in medium afferō, illis valere jussis qui nos calu-
mniis aggrediuntur.

2. Matthias autem pater meus non solum generis nobi-
litate illustris erat, sed multo magis ex justitia gloriam
adeptus est, omnium sermone maxime celebratus Hieroso-
lymis, urbe apud nos amplissima. Ego autem una cum
fratre germano, nomine Matthia, educatus, multum in li-
teris proficiebam, sic ut crederer aliis antecellere memoria
et intelligentia. Itaque quum puer adhuc essem, annum
circiter decimum quartum agens, ex eo, quo flagrabam,
literarum amore ab omnibus laudem reportavi, ad me
concurrentibus quotidie pontificibus urbisque primoribus,
ut ex me certius aliquid scirent de legum sensu. Quum
autem ad annos ferme sexdecim pervenissem, decrevi
sectas nostras experiri et tentare; (illae vero tres sunt,
Pharisaeorum prima, Sadduceorum altera, et tertia Esso-

λάκις εἶπαμεν·) οὕτως γὰρ ὁμόμη αἰρήσεσθαι τὴν ἀρίστην, εἰ πάσας καταμάθοιμι. Σκληραγωγήσας γοῦν ἐμαυτὸν καὶ πολλὰ πονηθεὶς τὰς τρεῖς διήλθον· καὶ μὴδὲ τὴν ἐντεῦθεν ἐμπειρίαν ἱκανὴν ἐμαυτῷ νομίσας
 5 εἶναι, πυθόμενος τινα Βανοῦν ὄνομα κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβειν, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων γρώμενον, τροφὴν δὲ τὴν αὐτομάτως φυγμένην προσφερόμενον, ψυχρῷ δὲ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἀγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ. Καὶ διατρί-
 10 ψας παρ' αὐτῷ ἑνικατοὺς τρεῖς καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τελεώσας, εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον. Ἐννεακαίδεκα δ' ἔτη ἔχων ἡρξάμην τε πολιτεύεσθαι τῇ Φαρισαίων αἵρεσει κατακολουθῶν, ἢ παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἑλ-
 λησι Στωϊκῇ λεγομένῃ

15 γ'. Μετ' εἰκοστὸν δὲ καὶ ἕκτον ἑνικατὸν εἰς Ῥώμην μοι συνέπεσεν ἀναθῆναι, διὰ τὴν λεγθισομένην αἰτίαν. Καθ' ὃν χρόνον Φῆλιξ τῆς Ἰουδαίας ἐπετρό-
 πευεν, ἱερεῖς τινες συνήθεις ἐμοί, καλοὺς κάγαθους, διὰ μικρὰν καὶ τὴν τυγοῦσαν αἰτίαν δῆσας εἰς τὴν Ῥώ-
 20 μην ἐπέμψε, λόγον ὑφ' ἑξόντας τῷ Καίσαρι. Οἷς ἐγὼ πόρον εὐρέσθαι βουλόμενος σωτηρίας, μάλιστα δὲ πυθόμενος ὅτι καίπερ ἐν κακοῖς ὄντες οὐκ ἐξελεύοντο τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας, διατρέφοντο δὲ σύκοις καὶ καρ-
 25 ρύοις, ἀφικόμην εἰς Ῥώμην πολλὰ κινδυνεύσας κατὰ θάλασσαν. Βαπτισθέντος γὰρ ἡμῶν τοῦ πλοίου κατὰ μέσον τὸν Ἀδρίαν, περὶ ἑξακοσίους τὸν ἀριθμὸν ὄντες, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐνηξάμεθα. Καὶ περὶ ἀρχομένην ἡμέραν ἐπιφανέντος ἡμῖν κατὰ Θεοῦ πρόνοιαν Κυρη-
 ναίου πλοίου, φθάσαντες τοὺς ἄλλους ἐγὼ τε καὶ τινες
 30 ἕτεροι, περὶ ὀγδοήκοντα σύμπαντες, ἀνεληφθήμεν εἰς τὸ πλοῖον. Διασωθεὶς δ' εἰς τὴν Δικαιάρχειαν, ἣν Ποτιολοῦς Ἰταλοὶ καλοῦσιν, διὰ φιλίας ἀφικόμην Ἀλι-
 τύρῳ, (μιμολόγος δ' ἦν οὗτος κάλλιστα τῷ Νέρωνι καταθύμιος, Ἰουδαῖος τὸ γένος,) καὶ δι' αὐτοῦ Ποππηῆα
 35 τῇ τοῦ Καίσαρος γυναικὶ γνωσθεὶς, προνοῶ ὡς τάχιστα παρακαλέσας αὐτὴν τοὺς ἱερεῖς λυθῆναι. Μεγάλων δὲ δωρεῶν πρὸς τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ τυχὼν παρὰ τῆς Ποππηίας, ὑπέστρεφον ἐπὶ τὴν οἰκίαν.

δ'. Καταλαμβάνων δ' ἤδη νεωτερισμῶν ἀρχάς, καὶ
 40 πολλοὺς ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων ἀποστάσει μέγα φρονούντας. Καταστέλλειν οὖν ἐπειρώμην τοὺς στασιώδεις καὶ με-
 τανοεῖν ἐπειθον, ποιησάμενος πρὸ ὀφθαλμῶν πρὸς οὓς πολεμήσουσιν, ὅτι Ῥωμαίων οὐ κατ' ἐμπειρίαν μό-
 45 νην πολεμικὴν, ἀλλὰ καὶ κατ' εὐτυχίαν ἐλαττοῦνται· καὶ μὴ προπετῶς καὶ παντάπασιν ἀνοήτως πατρίσι καὶ γενεαῖς καὶ σφίσι αὐτοῖς τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κα-
 κῶν κίνδυνον ἐπάγειν. Ταῦτα δ' ἔλεγον καὶ λιπαρῶς ἐναεκέμην ἀποτρέπων, δυστυγέστατον ἡμῖν τοῦ πολέ-
 50 μου τὸ τέλος γενήσεσθαι προορώμενος. Οὐ μὲν ἔπεισα· πολὺ γὰρ ἡ τῶν ἀπονοηθέντων ἐπεκράτησε μανία.

ε'. Δείσας γοῦν μὴ ταῦτα συνεχῶς λέγων διὰ μί-
 σους ἀφικόμην καὶ ὑποφίας, ὡς τὰ τῶν πολεμίων φρο-
 νῶν, καὶ κινδυνεύσω ληφθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀναيرهθῆναι, ἔρχομένης ἤδη τῆς Ἀντωνίας, ὅπερ ἦν φρούριον, εἰς τὸ

norum, uti saepius diximus :) ita enim fore putabam ut optimam eligerem, si mihi omnes cognoscere daretur. Vita igitur duriter acta multisque laboribus exercita, tres sectas perlustravi : et ne istarum quidem experientia satis mihi factum ratus, quum audissem quendam, Banun nomine, in deserto agere, amictum sibi ex arboribus parantem, alimentisque sponte provenientibus vescentem, crebrisque noctu et interdum lacris frigidis utentem in sanctioniam, cepi ejus institutum sectari ; exactisque in ejus contubernio tribus annis, quum jam ea, quæ expeliveram, perfectissem, in urbem redii. Jamque annos undeviginti natus, vitam instituere exorsus sum convenienter Pharisæorum sectæ, quæ proxime accedit ad sectam Stoicam Græcis dictam.

3. Post annum vero sextum ac vigesimum Romam ut ascenderem mihi contigit, ex causa jam nunc dicenda. Quo tempore Felix in Judæa procurator erat, sacerdotes quosdam, mihi perfamiliares, viros honestos et bonos, ob culpam leviculam et contemnendam, Romam misit, causam suam apud Cæsarem dicturos. Quibus ego volens invenire viam ad salutem, maxime vero quum audirem quod, licet in malis, non oblitus esset suæ in Deum pietatis, et ficiis ac nucibus vitam sustentarent, Romam perveni, multis in mari aditis periculis. Nostra enim navi in medio sinus Adriatici submersa, quum essemus numero circiter sexcenti, totam per noctem natavimus. Et tandem sub diluculum conspecta ex Dei providentia navi Cyrenaica, ego et alii nonnulli ad octoginta universi, feliciore usi natatu, in eam recepti sumus. Quumque ita evasissem in Dicæarchiam, quam Puteolos vocant Itali, veniebam in amicitiam Alituri, (erat autem is mimorum actor in magna apud Neronem gratia, genere Judæus, perque eum ubi Poppææ uxori Cæsaris innotui, id quam occissime ago ut meis apud ipsam precibus solverentur sacerdotes. Quumque præter hoc beneficium magnis muneribus cohonestatus essem a Poppæa, in patriam revertabar.

4. Atque jam eo tempore deprehendi novarum rerum studia gliscere, multosque ad defectionem a Romanis valde elatos. Itaque conabar seditiosos in officio continere, utque ad sanioiorem mentem redirent suadebam, ob oculos positus cum quibus dimicaturi erant, quod Romanis non solum rei militaris peritia inferiores essent, sed et felicitate et prospero rerum successu ; insuper *monēbam* ne temere et imprudenter admodum patriam et genus suum et se ipsos in mala maxima et extremum discrimen adducerent. Ista sane dicebam, atque urgebam vehementer et instabam ut a bello eos dehortarer, ut qui animo præviderem exitum illius nobis fore infelicissimum. Atqui non persuasi : in tantum valebat amentia ex desperatione orta.

5. Veritus igitur ne, ista frequenter inculcando, in odium incurrerem et suspicionem, quasi eadem sentirem cum hostibus, atque ita a popularibus comprehensus de vita periclitarer, occupata jam Antonia, quæ castellum

ἐνδοτέρῳ ἱερὸν ὑπεχώρησα. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάκρισιν
Μανασίου καὶ τῶν πρώτων τοῦ ληστρικοῦ στίβους,
ὑπεξελθὼν τοῦ ἱεροῦ πάλιν τοῖς ἀρχιερεῦσιν καὶ τοῖς
πρώτοις τῶν Φαρισαίων συνδιέτριβον. Φόβος δ' οὐκ-
5 ἐτί μέτριος εἶχεν ἡμᾶς, ὁρῶντας τὸν μὲν ὄχλον ἐν τοῖς
θπλοῖς· αὐτοὶ δ' ὄντες ἐν ἀπόρῳ τί ποιήσωμεν, καὶ
τοὺς νεωτεριστὰς παύειν οὐ δυνάμενοι, προδήλου δ'
ἡμῖν τοῦ κινδύνου παρεστῶτος, συγκατανεύειν μὲν αὐ-
τῶν ταῖς γνώμαις ἐλέγομεν, συνεβουλεύομεν δὲ μένειν
10 ἐφ' αὐτῶν καὶ τοὺς πολεμίους ἀπελθόντας ἑᾶν, ἐλπίζ-
οντες οὐκ εἰς μακρὰν Γέσσιον, μετὰ μεγάλης δυνάμεως
ἀναβάντα, παύσειν τὸν νεωτερισμόν.

ς'. Ὁ δ' ἐπελθὼν καὶ συμβαλὼν μάχῃ ἐνίκηθη, πολ-
λὴν τῶν μετ' αὐτοῦ πεσόντων· καὶ γίνεται τὸ Γέσσου
15 πταῖσμα συμφορὰ τοῦ παντός, συγκατανεύειν μὲν αὐ-
θησαν γὰρ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον οἱ τὸν πόλεμον ἀγαπήσαν-
τες, καὶ νικήσαντες τοὺς Ῥωμαίους εἰς τέλος ἤλπισαν,
προσγενομένης καὶ ἐτέρας τινὸς τοιαύτης αἰτίας. Οἱ
τὰς περὶ τῆς Συρίας πόλεις κατοικοῦντες τοὺς παρ'
20 αὐτοῖς Ἰουδαίους συλλαμβάνοντες σὺν γυναιξὶ καὶ
τέκνοις ἀνήρουν, οὐδεμίαν αὐτοῖς αἰτίαν ἐπικαλεῖν
ἔχοντες· οὔτε γὰρ ἐπὶ Ῥωμαίων ἀποστάσει νεώτερόν
τι περρονήχεσαν, οὔτε πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐχθρόν ἢ
ἐπίβουλον. Σκυθοπολίται δὲ πάντων ἀσεβέστατα καὶ
25 παρανομώτατα διεπράξαντο. Ἐπελθόντων γὰρ αὐ-
τοῖς Ἰουδαίων ἐξωθεν πολεμίων, τοὺς παρ' αὐτοῖς
Ἰουδαίους ἐβιάσαντο κατὰ τὸν ὁμοφυλὸν ὅπλα λαβεῖν,
ὅπερ ἐστὶν ἡμῖν ἀθέμιτον· καὶ μετ' ἐκείνων συμβαλόν-
τες ἐκράτησαν τῶν ἐπελθόντων. Ἐπειδὴ δ' ἐνίκησαν,
30 ἐκλαθόμενοι τῆς πρὸς τοὺς ἐνοίκους καὶ συμμάχους
πίστεως, πάντας αὐτοὺς διεγράσαντο, πολλὰς μυριά-
δας ὄντας. Ὁμοίᾳ δ' ἔπαθον καὶ οἱ τὴν Δαμασκὸν
Ἰουδαῖοι κατοικοῦντες. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκρι-
βέστερον ἐν ταῖς περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις
36 δεδηλώκαμεν· νῦν δ' αὐτῶν ἐπεμνήσθη, βουλόμενος
παραστήσαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὅτι οὐ προαίρεσις
ἐγένετο τοῦ πολέμου πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίους, ἀλλὰ
τὸ πλεόν ἀνάγκη.

ζ'. Νικηθέντος οὖν, ὥς ἔφαμεν, τοῦ Γέσσου, τῶν
40 Ἱεροσολυμιτῶν οἱ πρώτοι, θεασάμενοι τοὺς μὲν ληστὰς
ἅμα τοῖς νεωτερισταῖς εὐπορουμένους ὅπλων, δέξαντες
δὲ αὐτοὶ μὴ ἀνοπλοὶ καθεστηκότες ὑποχείριοι γίνονται
τοῖς ἐχθροῖς, δ καὶ μετὰ ταῦτα συνέβη, καὶ πυθόμενοι
τὴν Γαλιλαίαν οὕτω πᾶσαν Ῥωμαίων ἀρεστάναι, μέ-
45 ρος δ' αὐτῆς ἡρεμεῖν ἐτι, πέμπουσιν ἐμὲ καὶ δύο ἀλ-
λους τῶν ἱερῶν, καλοὺς κάγαθους ἀνδράς, Ἰωάκρον
καὶ Ἰουδαν, πείσαντας τοὺς πονηροὺς καταθέσθαι τὰ
ὅπλα, καὶ διδάζοντας ὡς ἐστὶν ἀμεινον τοῖς κρατίστοις
τοῦ ἔθνους αὐτὰ τηρεῖσθαι. Ἐγνωστο δὲ τούτοις αἰ
50 μὲν ἔχειν τὰ ὅπλα πρὸς τὸ μέλλον ἔτοιμα, περιμένειν
δὲ τί πράξουσιν Ῥωμαῖοι μαθεῖν.

η'. Λαβὼν οὖν ἐγὼ τὰς ὑποθήκας ταύτας ἀφικόμην
εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ Σεπφωρίτας μὲν οὐκ ἐν ὀλίγῳ
περὶ τῆς πατρίδος ἀγῶνι καθεστῶτας ἡῦρον, διαρπάσσει

erat, in interiora templi memet subdixi. At post eadem
Manahemi et principum cohortis latronum, templo clancu-
lum egressus, iterum cum pontificibus versabar et Phari-
saeorum primoribus. Jam autem timor non mediocris nos
occuparat, quum videremus populum quidem arma corri-
puisse : ipsi vero, quum quid agendum nobis esset prorsus
ambigeremus, nec valereinus seditiosos compescere, at-
que ante oculos versaretur periculum, simulabamus quidem
nos probare illorum sententiam, suadebamus tamen ut se
continere, et hostem abire sinerent, quod speraremus
Gessium brevi cum validis copiis ascensurum et tumultum
motumque sedaturum.

6. At ille, quum advenisset et seditiosis praelio congressus
esset, victus est, multis e suis occisis : atque haec Gessii
clades in universam gentem nostram calamitatem invexit.
Nam ex hac re animis elati erant qui bellum appetebant, et
sperabant fore ut deinceps Romanos vincerent : quin et al-
tera quaedam causa accedebat, quae huiusmodi erat. Nam
Syriae urbium nobis finitimarum incolae Judaeos secum de-
gentes, comprehensos una cum uxoribus et liberis, truci-
dabant, etiam quum nihil haberent de quo ipsos accusarent :
neque enim rebus novis studuerant ut a Romanis defice-
rent, neque adversum Syros illos hostile quidpiam aut in-
sidiosum moliti fuerant. At Scythopolitae omnium maxime
impia et iniquissima perpetrarunt. Quum enim bello pete-
rentur ab Judaeis exteris, Judaeos qui apud ipsos erant vi
adegerunt ad arma contra tribules suos capessenda, id quod
nostris vetitum est legibus : et illorum ope, postquam ma-
nus conseruerant, eos qui ipsos adorti sunt profligarunt.
Post victoriam autem, obliti fidei iniquitatis et sociis debitor,
eos omnes, ad multas hominum myriadas, occiderunt.
Nec dissimilia perpessi sunt qui Damascum habitabant Ju-
darii. Sed hac de re accurate magis narravimus in libris
de bello Judaico : nunc autem eorum obiter memini, eo
animo ut lectoribus ostendam Judaeos non de industria bel-
lum movisse contra Romanos, sed necessitate potius.

7. Itaque profligato, uti diximus, Gessio, Hierosolymi-
tarum primores, ubi viderant latrones seditiosos armis
abundare, veritque ne ipsi armis destituti inimicis obnoxii
fierent, id quod et postea accidit, auditoque quod Galilaea
nondum omnis a Romanis defecisset, sed pars ejus etiam
tum quiete ageret, miserunt me et alios duos sacerdotes,
viros bonos et honestos, Jozarum et Judam, ut istos faci-
norosos suaderemus arma deponere, et doceremus satius
esse ea asservari viris in gente nostra optimis et fortissimis.
Quippe decretum erat illis ut semper arma in futurum ha-
berent parata, manendum vero esse ut sciatur quidnam
acturi sint Romani.

8. Ego igitur, quum ista mandata acceperissem, in Galilaeam
perveniebam ; et Sepphoritas quidem reperiebam in magna
solicitudine de patria, quod rapinae eam addixissent Galilaei,

κεχρικότων αὐτὴν τῶν Γαλιλαίων, διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἐκείνων φιλίαν, καὶ ὅτι καὶ Κεστίῳ Γάλλῳ τῷ τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντι δεξιὰν τε καὶ πίστιν προτείνοιναι. Ἀλλὰ τούτους μὲν ἐγὼ πάντας ἀπῆλλαξα τοῦ φόβου, πείσας ὑπὲρ αὐτῶν τὰ πλήθη, καὶ ἐπιτρέψας δσάκις θέλουσι διαπέμπεσθαι πρὸς τοὺς ἐν Δύοις οἰκείους ἀμνηρεύοντας Γεσσίῳ· τὰ δὲ Δῶρα πόλις ἐστὶ τῆς Φοινίκης. Τοὺς ἐν Τιβεριάδι δὲ κατοικοῦντας τῆρον ἐφ' ὅπλα κεχωρηκότας ἤδη, δι' αἰτίαν τοιαύτην.

10 θ'. Στάσεις τρεῖς ἦσαν κατὰ τὴν πόλιν· μία μὲν ἀνδρῶν εὐσχημόνων, ἔρχε δ' αὐτῆς Ἰούλιος Κάπελλος. Οὗτος δὴ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πάντες, Ἡρώδης δὲ Μιανοῦ καὶ Ἡρώδης δὲ τοῦ Γαμάλου καὶ Κομφὸς δὲ τοῦ Κόμψου, (Κρίσπος γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τοῦ μεγάλου βασι-

15 λέως γενόμενος ποτε ἐπαρχος, ἐν ταῖς ἰδίαις κτήσεσιν ἐτύχχανεν, πέραν τοῦ Ἰορδάνου,) πάντες οὖν οἱ προειρημένοι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐμμένειν συνεβούλευον τῇ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους καὶ τὸν βασιλέα πίστει· τῇ γνώμῃ δ' οὐ συνῆρσκετο Πίστος, παραγόμενος

20 ὑπὸ Ἰούστου τοῦ παιδός· καὶ γὰρ ἦν φύσει πως ἐπιμαυνής. Ἡ δευτέρα δὲ στάσις, ἐξ ἀσημοτάτων συνεστηκυῖα, πολεμεῖν ἔκρινεν. Ἰούστος δὲ Πίστος παῖς, ὁ τῆς τρίτης μερίδος πρῶτος, ἐπεκρίνεντο μὲν ἐνδοιάζειν πρὸς τὸν πόλεμον, νεωτέρων δ' ἐπεθύμει πραγματῶν, ἐκ τῆς

25 μεταβολῆς οἰόμενος δύναμιν ἐαυτῷ περιποιήσιν. Παρελθὼν οὖν εἰς μέσους διδάσκειν ἐπιεικτὸ τὸ πλῆθος ὡς ἡ πόλις ἐστὶν αἰετῆς Γαλιλαίας, ἀρξίεν δὲ ἐπὶ γε τῶν Ἡρώδου χρόνων, τοῦ τετραρχοῦ καὶ κτίστου γενομένου, βουλευθέντος αὐτοῦ τὴν Σεπρωριτῶν πόλιν τῇ Τιβε-

30 ρίῳ ὑπακοῦν· ἀποβάλλειν δὲ τὸ πρωτεύον αὐτοῦ μὴ δὲ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα τοῦ πατρὸς, διαμειναι δὲ καὶ μέχρι Φήλικος προσεταμένου τῆς Ἰουδαίας. Νῦν δὲ ἔλεγεν αὐτοὺς ἡτυχηκέναι, τῷ νεωτέρῳ διωρεῖν Ἀγρίππα δοθέντας ὑπὸ Νέρωνος· ἀρξαι γὰρ εὐθὺς

35 τὴν μὲν Σεπρωρίν, ἐπειδὴ Ῥωμαίοις ὑπήκουσε, τῆς Γαλιλαίας, καταλυθῆναι δὲ παρ' αὐτοῖς τὴν τε βασιλικὴν τράπεζαν καὶ τὰ ἀρχεῖα. Ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα πολλὰ κατὰ βασιλέως Ἀγρίππα λέγων, ὑπὲρ τοῦ τὸν δῆμον εἰς τὴν ἀποστασίαν ἐρεθίσαι, προσ-

40 ετίθει νῦν εἶναι καιρὸν ἀραμένους ὅπλα καὶ Γαλιλαίους συμμάχους προσλαβόντας (ἀρξίεν γὰρ αὐτῶν ἐκόντων διὰ τὸ πρὸς τοὺς Σεπρωρίτας μῖσος ὑπάρχον αὐτοῖς, ὅτι τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν διαφυλάσσουσιν) με-

45 γάλῃ χειρὶ πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν τιμωρίαν τραπέσθαι. Ταῦτα λέγων προετρέψατο τὸ πλῆθος· ἦν γὰρ ἰκανὸς δημαγωγεῖν καὶ τῶν ἀντιλεγόντων τὰ βελτίω περιεῖναι γοητεῖα καὶ ἀπάτη τῇ διὰ λόγων. Καὶ γὰρ οὐδ' ἀπειρος ἦν παιδείας τῆς παρ' Ἑλλήσιν, ἥ θαρρῶν ἐπεχείρησεν καὶ τὴν ἱστορίαν τῶν πραγμάτων τούτων

50 ἀναγράφειν, ὡς τῷ λόγῳ τούτῳ περιεσόμενος τῆς ἀληθείας. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου τῷ ἀνδρὸς, ὡς φαῦλος τὸν βίον ἐγένετο, καὶ ὡς σὺν τῷ ἀδελφῷ μικροῦ δεῖν καταστροφῆς αἰτίας ὑπῆρξε, προϊόντος τοῦ λόγου δηλώσομεν. Τότε δὲ πείσας Ἰούστος τοὺς πολίτας ἀνα-

tam quod perstiterint in amicitia cum Romanis inita, quam quod et Cestio Gallo Syriae praesidi dextram fidemque dederint. Verum ego hos quidem omnes metu liberavi, quum illorum in gratiam *mitiora* persuasissem multitudini, permissemque ut quoties vellent in Dora (Dora autem urbs est Phoenices) mitterent ad suos, quos obsides Gessio dederant. Tiberiadis autem incolae reperiebam prius aliquanto ad arma provolasse, ob huiusmodi causam.

9. Tres in ea civitate factiones erant: una quidem constabat viris honestis, duce Julio Capello. Hic sane et qui eum sequebantur omnes, Herodes Miari, et Herodes Gamali, et Compsus Compsi filii, (Crispus enim huius frater, olim ab Agrippa magno rege ei urbi praefectus, tum in suis possessionibus trans Jordanem agebat;) hi inquam omnes jam memorati eo tempore persuadere conabantur ut in sua erga Romanos regemque fidelitate manerent. Eam autem sententiam non probabat Pistus, a filio Justo abreptus: natura enim furiosior erat. Altera vero factio, ex iis qui maxime erant ignobiles conflata, bellandum esse diceret. Justus Pisti filius, tertiae partis primus, se quidem de bello dubio esse animo simulabat: rerum autem novarum cupidus erat, fore ratus ut ex rerum mutatione potentia potiretur. Itaque in medium progressus multitudinem docere pro virili adnitebatur, quod urbs semper ad Galilaeam pertinuerit, primatum vero acceperit tempore Herodis, tetrarchae, ejusque conditoris, qui ipse voluerit Sepphoritarum urbem urbi Tiberiensium subditam esse: hanc autem praeminentiam ne sub rege quidem Agrippa patre eos amisisset, imo eam etiam usque ad Felicem Judaeae praesidem illis mansisset. Nunc autem dicebat eos felicitate ista excidisse, quippe quod Nero ipsos dono dederit juniore Agrippae: statim enim Sepphorim quidem, ex quo Romanis se subjecerit, primam Galilaeae urbem extitisse, apud ipsos vero desiisse mensam regiam et archiva. His et aliis insuper multis in regem Agrippam jactatis, ut populum ad defectionem irritaret, adjiciebat, jam tempus esse ut armis correptis et Galilaeis in societatem assumptis (ipsos enim illis non invitis imperaturos esse, propter odium quo Sepphoritas prosequantur, quod in Romanorum amicitia perseverarent) ad ultionem ab illis expectandam magno cum exercitu se convertant. His ille dictis multitudinem hortatus est. Erat quippe idoneus qui populum dicendo regeret, eosque qui ex adverso meliora suaderent verborum praestigis et fallaciis vinceret. Neque etiam Graecae eruditionis expertus erat et ignarus, qua fretus ad historiam quoque hisce de rebus scribendam aggressus est, ista narratione veritatis fidem eversurus. Atqui de hoc quidem viro, quam improbare fuerit vitae ac flagitiosae, utque una cum suo fratre patriae fere subvertendae auctor exstiterit, procedente sermone narrabimus. Tunc autem Justus, quum civibus persuasisset arma sumere,

λαβεῖν τὰ θπλα, πολλοὺς δὲ καὶ μὴ θελήσαντας ἀναγ-
κάσας, ἐξελθὼν σὺν πᾶσι τούτοις ἐμπύρρησι τὰς τε
Γαδαρηνῶν καὶ Ἰππηρῶν κώμας, αἱ δὲ μεθόριοι τῆς
Τιβεριάδος καὶ τῆς τῶν Σκυθοπολιτῶν γῆς ἐτύγγανον
5 κείμεναι.

ἰ'. Καὶ Τιβεριὰς μὲν ἐν τούτοις ἦν· τὰ περὶ Γίσχαλα
δὲ εἶχεν τὸν τρόπον τούτον. Ἰωάννης δὲ τοῦ Λευί, τῶν
πολιτῶν τινὰς ὁρῶν διὰ τὴν ἀποστασίαν τὴν ἀπὸ Ῥω-
μαίων μέγα φρονούντας, κατέχειν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο,
10 καὶ τὴν πίστιν ἡξίου διαφυλάττειν, οὐ μὴν ἡδυνήθη,
καίτοι πᾶν προθυμούμενος. Τὰ γὰρ περὶ ἔθνη Γα-
δαρηνοὶ καὶ Γαβαρηνοὶ, Σωγαναῖοι καὶ Τύριοι, πολ-
λὴν ἀθροίσαντες δύναμιν, καὶ τοῖς Γισχάλοις ἐπιτε-
σόντες, λαμβάνουσι τὰ Γίσχαλα κατὰ κράτος· καὶ
15 πυρπολήσαντες, εἴτα δὲ καὶ προσκατασκάψαντες, εἰς
τὴν οἰκίαν ἀνέβησαν. Ἰωάννης δὲ ἐπὶ τούτῳ παρο-
ξυνθεὶς ὁπλίζει πάντας τοὺς μεθ' αὐτοῦ· καὶ συμβαλὼν
τοῖς προειρημένους ἔθνεσι, τὰ τε Γίσχαλα κρείττονα
πάλιν ἀνακτίσας, τεύχεσιν ὑπὲρ ἀσφαλείας τῆς εἰς
20 ὕστερον ὠχύρωσεν.

ια'. Γάμαλα δὲ πίστει τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐνέμεινε,
δι' αἰτίαν τοιαύτην. Φίλιππος δὲ Ἰακίμου παῖς, ἐπαρ-
χος δὲ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα, σωθεὶς παρὰ δόξαν ἐκ
τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις βασιλικῆς αὐλῆς πολιορκουμένης
25 καὶ διαφυγὼν, εἰς ἕτερον ἐνέπεσε κίνδυνον, ὥστε ὑπὸ
Μαναήμου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ληστῶν ἀναιρεθῆναι·
διεκώλυσαν δὲ Βαβυλωνῖοι τινες, συγγενεῖς αὐτοῦ ἐν
Ἱεροσολύμοις ὄντες, πρᾶξαι τοὺς ληστὰς τὸ ἔργον.
Ἐπιμείνας οὖν ἡμέρας τέσσαρας ὁ Φίλιππος ἐκεῖ, τῇ
30 πέμπτῃ φεύγει περιθετῇ χρησάμενος κόμῃ, τοῦ μὴ
κατάδηλος γενέσθαι. Καὶ παραγενόμενος εἰς τινὰ τῶν
ἐαυτοῦ κωμῶν κατὰ τοὺς ὁδούς Γάμαλα τοῦ φρουρίου
κειμένην, πέμπει πρὸς τινὰς τῶν ὑπ' αὐτῷ προστάσων
ὥς αὐτὸν ἀφικέσθαι. Ταῦτα δὲ αὐτὸν ἐννοούμενον ἐμ-
35 ποδίζει τὸ θεῖον ἐπὶ συμφέροντι· μὴ γὰρ τούτου γενομέ-
νου, πάντως ἀν' ἀπολώλει. Πυρετοῦ δὲ κατασχόντος αὐ-
τὸν ἐξαίρνης, γράψας ἐπιστολὰς τοῖς παισὶν Ἀγρίππα
καὶ Βερενίκῃ δίδωσι τῶν ἐξελευθέρων τινὶ κομίζειν πρὸς
Οὐάρων. Ἦν δ' οὗτος κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὁ τὴν
40 βασιλείαν διοικῶν, καταστησάντων αὐτὸν τῶν βασιλέων,
αὐτοὶ γὰρ εἰς Βηρυτὸν ἀφικνοῦντο, ὑπαντῆσαι βουλό-
μενοι Γεσσάρῳ. Λαβὼν οὖν ὁ Οὐάρος τὰ παρὰ Φιλίππου
γράμματα καὶ πυθόμενος αὐτὸν διασεσῶσθαι, βαρέως
ἤνεγκεν, ἀρχεὶος τὸ λοιπὸν αὐτὸς νομίζων φανείσθαι
45 τοῖς βασιλεύουσιν, ἀφικομένου τοῦ Φιλίππου. Προαγα-
γὼν οὖν εἰς τὸ πλῆθος τὸν τὰς ἐπιστολὰς κομίζοντα,
καὶ πλαστογραφίαν ἐπικαλέσας, ψεύδεσθαι τε φήσας
αὐτὸν ἀπαγγέλλαντα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Φιλίππον
μετὰ τῶν Ἰουδαίων Ῥωμαίοις πολεμεῖν, ἀπέκτεινε.
50 Μὴ ὑποστρέψαντος δὲ τοῦ ἐξελευθέρου, Φίλιππος ἀπο-
ρῶν τὴν αἰτίαν δεύτερον ἐκπέμπει μετ' ἐπιστολῶν
πάλιν τὸν ἀπαγγελοῦντα πρὸς αὐτὸν τί τοι συμβέβηκε
εἶη τῷ ἀποσταλέντῳ, δι' ὃ βραδύνειεν. Καὶ τοῦτον δὲ
παργενόμενον ὁ Οὐάρος συκοφαντήσας ἀνείλεν. Καὶ

multosque etiam præter ipsorum voluntatem eo vi adegis-
set, cum istis omnibus egressus Gadarenorum et Hippe-
norum vicos incendit: qui utique siti erant in confiniis Ti-
beriadis et agri Scythopolitani.

10. Atque in his quidem erat Tiberias: quæ vero ad
Gischala spectabant, hoc modo se habebant. Joannes Levi
filius, quum videret civium quosdam sese efferre, quod a
Romanis descivissent, operam dabat ut illos cohiberet, ora-
batque ut fidem servarent, nequicquam tamen, omni licet
studio in id incumberebat. Nam vicini populi, Gadareni et
Gabareni, Soganæi et Tyrii, ingenti coacto exercitu, Gis-
chala adorti, vi urbem istam expugnant; eaque incensa, ac
deinde suffossa et solo adæquata, domum se receperunt.
Ceterum Joannes, hac re irritatus, omnes qui cum eo
erant armis instruit, populisque prædictis prælio congres-
sus, et Gischala in pulcriorem urbem resuscitavit, et in
futuram securitatem mœnibus firmavit.

11. Gamala autem in fide populi Romani manebant ex
hujusmodi causa. Philippus Iacimi filius, Agrippæ regis
præfectus, præter opinionem ex regia Hierosolymitana,
quum oppugnaretur, servatus, fugaque dilapsus, in aliud
incidit periculum, ne trucidaretur a Manahemo et latro-
nibus qui cum eo erant: at quominus id fieret a latro-
nibus impedierunt Babylonii quidam ejus cognati, qui tum
Hierosolymis erant. Philippus itaque quum quattuor dies
illic mansisset, quinta die, appositâ coma usus ne inter-
nosci posset, fuga sibi quæsivit salutem. Et quum perve-
nisset ad quendam suæ ditionis vicum prope castellum
Gamala situm, ad nonnullos sibi subditos mandata mittit,
ut ad ipsum venirent. At dum ista animo volveret, Deus,
ne fierent, in rem illius prohibuit: nam nisi hoc accidisset,
funditus periisset. Febri quippe repentina correptus, lite-
ras ad Agrippæ liberos et Berenicen scriptas, liberto cul-
dam tradidit, Varo perferendas. Ille autem eo tempore
regnum administrabat, cura ejus a regibus ei demandata:
nam illi ad Berytum profecti erant, eo animo ut Gessio
occurrerent. Varus igitur, acceptis a Philippo literis, au-
ditoque illum salvum evasisse, tulit id graviter, ratus fore
ut ipse regibus nulli usui esse videretur, quando venerit
Philippus. Producto igitur in turbam eo qui literas attu-
lerat, objectoque ei in crimen quod literas finxisset, quod-
que, ut aiebat, mendacium dixisset, quippe qui nunciaret
Philippum Hierosolymis contra Judæos bellum gerere,
morte eum affecit. Quum autem libertus non reverteretur,
Philippus, causæ nescius, rursus alium cum literis aman-
dat, renunciaturum ipsi, quidnam ei quem miserat acci-
disset, quod reditum non maturaret. Verum hunc quoque,
ubi venerat, Varus oppressit per calumniam. Etenim ani-

γὰρ ὑπὸ τῶν ἐν Καισαρείᾳ Σύρων ἐπὶ ῥτο μέγα φρο-
 νεῖν, ἀναιρεθῆσθαι μὲν λεγόντων ὑπὸ Ῥωμαίων
 Ἀγρίππαν διὰ τὰς ὑπὸ Ἰουδαίων ἀμαρτίας, λήψεσθαι δ'
 αὐτὸν τὴν ἀρχὴν, ἐκ βασιλείων ὄντα. Καὶ γὰρ ἦν
 6 ὁμολογουμένως ὁ Οὐάρως βασιλικῷ γένους, ἐκγονὸς
 Σοῦμου τοῦ περὶ τὸν Λίβανον τετραρχοῦντος. Διὰ
 τοῦτ' οὖν ὁ Οὐάρως τυρούμενος τὰς μὲν ἐπιστολάς παρ'
 ἑαυτῷ κατέσχε, μηχανώμενος μὴ ἐντυχεῖν τοῖς γράμ-
 μασι τὸν βασιλέα, τὰς ἐξόδους δὲ πάσας ἐφρούρει, μὴ
 10 διαδράς τις ἀπαγγεῖλει τῷ βασιλεῖ τὰ πραττόμενα.
 Καὶ δὴ χριζόμενος τοῖς κατὰ τὴν Καισάρειαν Σύροις
 πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀπέκτεινεν. Ἐβουλήθη δὲ καὶ
 μετὰ τῶν ἐν Βαταναίᾳ Τραχωνιτῶν ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα
 ἐπὶ τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις Βαβυλωνίους Ἰουδαίους (ταύ-
 15 τὴν γὰρ τὴν προσηγορίαν ἔχουσιν) ὀρμηῆσαι. Καλέσας
 οὖν τῶν κατὰ τὴν Καισάρειαν Ἰουδαίων δώδεκα τοὺς
 δοκιμωτάτους, προσέτασεν αὐτοῖς ἀφικόμενοι εἰς
 Ἐκβάτανα πρὸς τοὺς ἐκεῖ κατοικοῦντας αὐτῶν ὁμοφύ-
 λους εἰπεῖν ὅτι Οὐάρως, ἀκούσας ὑμᾶς ἐπὶ βασιλέα
 20 μέλλειν ὀρμᾶν, καὶ μὴ πιστεύσας, πέπομφεν ἡμᾶς
 πείσοντας ὑμᾶς τὰ ὅπλα καταθέσθαι· τοῦτο γὰρ
 αὐτῷ τεκμήριον εἶσεσθαι καὶ τοῦ καλῶς μὴ πιστεῦσαι
 τοῖς περὶ ὑμῶν λέγουσιν. Ἐκέλευε δὲ καὶ τοὺς πρώ-
 25 τοὺς αὐτῶν ἀνδράς ἐβδομήκοντα πέμπειν, ἀπολογησο-
 μένους περὶ τῆς ἐπενεγμένης αἰτίας. Ἐλθόντες οὖν
 οἱ δώδεκα πρὸς τοὺς ἐν Ἐκβατάνοις ὁμοφύλους, καὶ
 καταλαβόντες αὐτοὺς μηδὲν ἐπὶ νωτορισμῷ φρονούν-
 τας, ἐπίσαν καὶ τοὺς ἐβδομήκοντα πέμπειν. Οἱ δὲ
 30 μηδὲν ὑποπτεύσαντες τοιοῦτον οἶον ἐμέλλεν ἀποβῆ-
 σθαι, ἐξαπέστειλαν. Καταβαίνουσι δ' οὗτοι μετὰ
 τῶν δώδεκα πρέσβειν εἰς τὴν Καισάρειαν. Ὑπαντήσας
 οὖν ὁ Οὐάρως μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως, σὺν τοῖς
 πρέσβεισι πάντας ἀπέκτεινε, καὶ τὴν πορείαν ἐπὶ τοὺς
 ἐν Ἐκβατάνοις Ἰουδαίους ἐποιοεῖτο. Φθάσας δὲ τις ἐκ
 35 τῶν ἐβδομήκοντα σωθεὶς ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, κἀκεῖνοι
 τὰ ὅπλα λαβόντες σὺν γυναίξιν καὶ τέκνοις εἰς Γά-
 μαλα τὸ φρούριον ὑπεχώρησαν, καταλιπόντες τὰς κώ-
 μας πολλῶν ἀγαθῶν πλήρεις καὶ βοσκημάτων πολλὰς
 μυριάδας ἐχούσας. Φίλιππος δὲ πυθόμενος ταῦτα, καὶ
 40 αὐτὸς εἰς Γάμαλα τὸ φρούριον ἦκεν· παραγενομένου δὲ,
 κατεβόα τὸ πλῆθος ἄρχειν αὐτῶν παρακαλοῦντες, καὶ
 πολεμεῖν πρὸς Οὐάρων καὶ τοὺς ἐν τῇ Καισαρείᾳ Σύ-
 ρους· διεδέχετο γὰρ ὑπὸ τούτων τὸν βασιλέα τεθνάναι.
 Φίλιππος δ' αὐτῶν κατέχευε τὰς ὁρμὰς, ὑπομι-
 45 νήσκων τῶν τε τοῦ βασιλέως εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν
 καὶ τὴν Ῥωμαίων διηγούμενος ὅση τις ἐστὶν ἡ δύνα-
 μεις, συμφέρεειν οὐκ ἔλεγεν ἄρασθαι πρὸς τούτους πόλε-
 μον, καὶ τέλος ἐπεισεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς πυθόμενος
 ὅτι Οὐάρως μέλλει τοὺς ἐπὶ τῆς Καισαρείας Ἰουδαίους
 50 σὺν γυναίξιν καὶ τέκνοις πολλὰς ὄντας μυριάδας ἀναι-
 ρεῖν ἡμέρᾳ μιᾷ, μεταπέμπεται πρὸς αὐτὸν Αἰκλον Μό-
 διον, πέμψας αὐτὸν διάδοχον, ὥς ἐν ἄλλοις ἐζηλώσαμεν.
 Ὁ δὲ Φίλιππος Γάμαλα τὸ φρούριον κατέσχε καὶ τὴν
 περίξ χώραν πίστει τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐμμένουσιν.

mus ei, ut magnifice de se sentiret, elatus erat a Caesareensi-
 bus Syris, dicentibus fore ut Agrippa a Romanis occideretur,
 ob ea in quibus deliquerant Judaei, atque ut ipse regnum
 illius acciperet, quod a regibus oriundus esset. Nam
 in confesso erat Varum e stirpe regia esse, utpote nepo-
 tem Soheni, ejus qui locorum circa Libanum tetrarchiam
 obtinuerat. Varus igitur ista re elatus literas apud se re-
 tinebat, modis omnibus adnitens ne in ea quæ scripta erant
 incideret rex; exitusque omnes observabat, ne quis clam
 dilapsus renunciaret regi quæ ibi fierent: adeoque, ut a
 Syris Caesareensibus gratiam iniret, multos Judæorum in-
 terfecit. Præterea decrevit armis sumptis una cum Trachoni-
 titis Batanæam habitantibus in Judæos Babylonios (eam
 enim appellationem habuerunt) qui in Ecbatanis erant,
 impetum facere. Accitis igitur ad se Judæorum Caesareen-
 sium duodecim probatissimis, jussit eos, Ecbatana profe-
 ctos, nunciare tribulibus suis loci istius incolis, quod Varus,
 audito vos contra regem insurrecturos esse, nec tamen
 rumori fide habita, nos miserit, vobis ut persuadeamus
 arma deponere: id enim argumentum fore, quod merito
 illis non creditum fuerit, qui ista de vobis narrarent. Ju-
 bebatur præterea mittendos esse viros septuaginta ex optima-
 tibus, qui crimen objectum diluerent. Itaque quom isti
 duodecim ad tribules suos, qui Ecbatanis erant, venissent,
 comperissentque eos rebus novis minime studere, iis suaserunt
 ut septuaginta viros mittendos curarent. Illi autem,
 nihil tale suspicati quale eventurum erat, viros ablegarunt.
 Atque isti cum duodecim legatis Caesaream descend-
 erunt. Varus igitur, illis obviam factus cum regio milite,
 omnes una cum istis legatis interfici jubet, atque expeditionem
 faciebat adversus eos, qui Ecbatanis erant, Judæos. E
 septuaginta autem quidam servatus illis renunciare occupavit:
 moxque illi arreptis armis receperunt se cum uxoribus et
 liberis in Gamala castellum, relictis vicis magnis opibus
 refertis et multas pecorum myriadas habentibus. Hæc
 Philippus simul atque audivit, et ipse in Gamala castellum
 se conferebat. Quom primum vero advenit, inclamabat
 multitudo, eum obsecrantes ut duces se ipsis præberet,
 et contra Varum et Syros Caesareenses bellum moveret:
 acceperat enim regem ab istis occisum esse. At
 Philippus impetum eorum reprimebat: atque collata in
 ipsos a rege beneficia eis in memoriam revocans, narransque
 quanta esset Romanorum vis et potentia, haudquaquam
 e re ipsorum esse dicebat bellum contra eos suscipere.
 Tandemque id eis persuasit. Rex porro, quom
 audisset Varo in animo esse Judæos, qui Caesareæ erant,
 cum uxoribus et liberis, ad multas myriadas, una die neci
 addicere, Æquum Modium, ad se accersitum, misit ut ei
 succederet, quemadmodum alibi indicavimus. Philippus
 autem Gamala castellum et regionem finitimam continebat,
 ne a sua erga Romanos fide desciscerent.

16'. Ἐπεὶ δ' εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀφικόμην ἐγὼ, καὶ ταῦτα παρὰ τῶν ἀπαγγελλάντων ἔμαθον, γράζω τῷ συνεδρίῳ τῶν Ἱερουσολυμιτῶν περὶ τούτων, καὶ τί με πρᾶττειν κελεύουσιν ἐνωτῶ. Οἱ δὲ προσμείναι παρεκάλεσαν καὶ τοὺς συμπρέσβεις, εἰ θέλοιεν, κατασχόντα πρόνοιαν ποιήσασθαι τῆς Γαλιλαίας. Οἱ δὲ συμπρέσβεις εὐπορήσαντες πολλῶν χρημάτων ἐκ τῶν διδομένων αὐτοῖς δεκάτων, ἃς ὄντες ἱερεῖς ὀφειλομένας ἀπελάμβανον, εἰς τὴν οἰκίαν ὑποστρέψαι γῆν ἔκριναν· 10 ἐμοῦ δ' αὐτοῦ προσμείναι παρεκάλεσαντος, ἕως οὗ τὰ πράγματα καταστήσωμεν, πείθονται. Ἄρας οὖν μετ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς Σεπφωριτῶν πόλεως εἰς κώμην τινὰ, Βηθμαῖος λεγομένην, ἀπέρουσιν Τιβεριάδος στάδια τέσσαρα, παραγίνομαι. Καὶ πέμψας ἐντεῦθεν 15 τοὺς πρὸς τὴν Τιβεριέων βουλὴν, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ δήμου παρεκάλουν ἀφικέσθαι πρὸς με. Καὶ παραγενομένων (ἐληλύθει δὲ καὶ Ἰουστὸς σὺν αὐτοῖς) ἔλεγον ὑπὸ τοῦ κοινῶ τῶν Ἱερουσολυμιτῶν πρεσβέυσαν μετὰ τούτων πεπέμθῃσι πρὸς αὐτοὺς, πείσαν καθαιρεθῆναι 20 τὸν οἶκον ὑπὸ Ἡρώδου τοῦ τετραρχοῦ κατασκευασθέντα, ζῶων μορφὰς ἔχοντα, τῶν νόμων οὕτω τι κατασκευάζειν ἀπαγορευόντων· καὶ παρεκάλουν αὐτοὺς ἔν ἡμῖν ἢ τάχος τοῦτο πράττειν. Ἐπὶ πολὺ μὲν οὖν οἱ περὶ τὸν Κάπελλον καὶ τοὺς πρώτους αὐτῶν ἐπιτρέπουν οὐκ 25 ἤθελον, βιαζόμενοι δ' ὑφ' ἡμῶν συγκατατίθενται. Φθάνει δ' Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σαπφία παῖς, ὃν τῆς τῶν ναυτῶν καὶ τῶν ἀπόρων στάσεως πρῶτον ἔφαμεν ἄρξαι, παραλαβὼν τινὰς Γαλιλαίους, καὶ τὴν πᾶσαν αὐτὴν ἐμπρήσας, πολλῶν οἰόμενος εὐπορήσειν ἐξ αὐτῆς χρημάτων, 30 ἐπειδὴ τινὰς οἶκων ὁροφὰς κεχρυσωμένας εἶδεν· καὶ διήρπασαν πολλὰ παρὰ γνώμην τὴν ἡμετέραν πράξαντες. Ἡμεῖς γὰρ μετὰ τὴν πρὸς Κάπελλον καὶ τοὺς πρώτους Τιβεριέων ὁμιλίαν εἰς τὴν ἀνω Γαλιλαίαν ἀπὸ Βηθμαῶν ἀνεχωρήσαμεν. Ἀναίρουσι δ' οἱ περὶ 35 τὸν Ἰησοῦν πάντας τοὺς ἐνοικοῦντας Ἑλλήνας, ὅσοι τε πρὸ τοῦ πολέμου γεγόνησαν αὐτῶν ἐχθροί.

17'. Πυθόμενος δ' ἐγὼ ταῦτα παρωξύνθη ἐσθρῶ, καὶ καταβὰς εἰς Τιβεριάδα πρόνοιαν εἰσενεγκάμην τῶν βασιλικῶν σκευῶν, ὅσα δυνατόν ἦν τοὺς ἀρπάζαντας 40 ἀφελέσθαι. Λυχνία δ' ἦσαν Κορίνθια ταῦτα καὶ τράπεζαι τῶν βασιλικῶν καὶ ἀσθήμου ἀργυρίου σταθμὸς ἱκανός. Πάντα δ' ὅσα παρέλαβον, φυλάσσειν τῷ βασιλεῖ ἔκρινα. Μεταπεινῶμενος οὖν τοὺς τῆς βουλῆς πρώτους δέκα καὶ Κάπελλον τὸν Ἀντύλλου, τὰ σκευὴ 45 παρέδωκα, μηδὲν παραγγείλας ἐτέρῳ πλὴν ἐμοῦ δοῦναι. Κάκειθεν εἰς τὰ Γίσχала πρὸς τὸν Ἰωάννην μετὰ τῶν συμπρέσβειν ἀφικόμην, βουλόμενος γινῶναι τί ποτε φρονεῖ· κατείδον δ' αὐτὸν ταχέως νεωτέρων δρεγόμενον πραγμάτων καὶ τῆς ἀρχῆς ἐπιθυμίαν ἔχοντα. 50 Παρεκάλει γάρ με τὸν Καίσαρος σίτον κείμενον ἐν ταῖς τῆς ἀνωθεν Γαλιλαίας κώμας ἐξουσίαν αὐτῷ δοῦναι ἐκφορῆσαι· θέλειν γὰρ ἔφασκεν εἰς ἐπισκευὴν τῶν τῆς πατρίδος τειγῶν αὐτὸν ἀναλῶσαι. Κατανοήσας δὲ ἐγὼ τὴν ἐπιχείρησιν αὐτοῦ καὶ τί διανοοῖτο πράσσειν,

12. At postquam ego in Galilaeam veneram, et ista ab ipsis nunciis acceperam, scribo Hierosolymitarum synedrio hisce de rebus, et quid me facere iuberent ab illis requiro. Illi vero me obsecrarunt ut illic manerem, et retentis legationis sociis, si illis ita visum fuerit, Galilaeae tutelae pro- viderem. Ceterum collegae, quum grandem pecuniam haberent ex decimis sibi datis, quas debitas, ut sacerdotes, accipiebant, in terram propriam reverti statuerunt: quum autem ego eos rogassem ut tantisper manerent, donec res compositae essent, assenserunt. Una igitur cum illis pro- fectus a Sepphoritarum urbe in vicum quendam, cui nomen est Bethmai, quattuor stadiis a Tiberiade distantem, venio: missoque nuncio accersivi ad me senatum Tiberiadis et pri- mores populi. Quibus, postquam affuerunt, (etiam Justus una cum illis venerat,) dicebam me ab Hierosolymitarum populo ad eos missum esse cum collegis, legatione ut fun- gerer, utque iis persuaderem funditus tollendam esse do- mum ab Herode tetrarcha exstructam, quod animantium figuris eam exornaverat, quum ejusmodi quid effingere legi- bus nostris vetitum sit; eosque rogabam ut nos quantocius id facere permitterent. Multum quidem Capellus primo resque civium restiterunt, diuque id sinere noluerunt; tan- dem vero a nobis persuasione victi, in nostram concessere sententiam. Jesus autem Sapphia filius nos praevenit, quem primum pro nautarum et inopum factionis duce se gessisse diximus, qui assumptis quibusdam Galilaeis pala- tium omne incendit, ratus se inde ingenti pecunia locuple- tatum iri, quia tecta quaedam conclavium inaurata viderat: multaue diripuerunt praeter animi nostri sententiam. Nos enim, post colloquium cum Capello et Tiberiensium primo- ribus habitum, in superiorem Galilaeam a Bethmais seces- seramus. Jesu autem factio Graecos omnes eam urbem habitantes interimit, et quotquot inimicos ante id bellum habuerant.

13. Ego vero his auditis vehementer commotus sum, quumque Tiberiadem descendissem, curam et diligentiam adhibui ut salva esset omnis regia suppellex, quae diripi- entium manibus recuperari potuit. In his porro erant can- delabra ex aere Corinthio, et mensae regiae, et satis magnum argenti non signati pondus. Quaecunque autem accipie- bam, regi servare statui. Accitis igitur decem senatus primoribus et Capello Antylli filio, vasa eis tradidi, inter- minatus ne cuiquam praeter me ea redderent. Atque inde Gischala cum collegis ad Joannem veniebam, scire deside- rans quidnam animo ageret: moxque deprehendi eum rerum novarum cupidum, et ad principatum arripiendum aspirantem. Rogabat enim me ut sibi potestatem facerem exportandi frumentum Caesaris, in superioris Galilaeae vicis repositum: namque se velle dicebat id insumere in stru- cturam patriae moenium. Atqui ego, quum intellexissem quid moliretur, et quid ipsi in animo esset facere, negabam

οὐκ ἔφην αὐτῷ συγχωρεῖν. Ἡ γὰρ Ῥωμαίοις αὐτὸν ἐνενοούμην φυλάττειν, ἢ ἐμοὶ αὐτῷ, διὰ τὸ καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐκεῖ πραγμάτων αὐτὸς παρὰ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πεπιστευθῆναι. Μὴ πείθων δέ με
 6 περὶ τούτων καὶ ἐπὶ τοὺς συμπρέσβεις ἐτράπετο· καὶ γὰρ ἦσαν ἀπρόνοητοι τῶν ἐσομένων καὶ λαβεῖν ἐτοιμότεροι. Φθείρει δὲ χρήμασιν αὐτοὺς ψηφίσασθαι πάντα τὸν σῖτον αὐτῷ παραδοθῆναι τὸν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπαρχίᾳ κείμενον. Κἀγὼ μόνος, ἡττώμενος ὑπὸ δύο, τὴν ἡσυ-
 10 χίαν ἤγον. Καὶ δευτέραν Ἰωάννης ἐπισέφερε πανουργίαν. Ἐφῆν γὰρ Ἰουδαίους τοὺς τὴν Φιλίππου Καισάρειαν κατοικοῦντας, συγκεκλησμένους κατὰ προσταγὴν τοῦ βασιλέως ὑποδίκου τὴν δυναστείαν διοκοῦν-
 15 τος, πεπομφέναι πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦντας, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσιν ἔλαιον ᾧ χρήσονται καθαρὸν, ποιησάμενον πρόνοιαν εὐπορίαν αὐτοῖς τούτου παρασχεῖν, μὴ δι' ἀνάγκην Ἑλληνικῷ χρώμενοι τὰ νόμιμα παραβαίνωσιν. Ταῦτα δ' οὐχ ὑπὲρ εὐσεβείας ἔλεγεν Ἰωάννης, δι' αἰσχροκέρδειαν δὲ φανερωτάτην. Γινώσκων γὰρ πα-
 20 ρὰ μὲν ἐκείνοις κατὰ τὴν Καισάρειαν τοὺς δύο ξέστας δραχμῆς μιᾶς πωλουμένους, ἐν δὲ τοῖς Γισχάλοις τοὺς ὀγδοήκοντα ξέστας δραχμῶν τεσσάρων, πᾶν τὸ ἔλαιον ὅσον ἦν ἐκεῖ διεπέμφατο, λαβὼν ἐξουσίαν καὶ παρ' ἐμοῦ τῷ δοκεῖν· οὐ γὰρ ἐκὼν ἐπέτρεπον, ἀλλὰ
 25 διὰ φόβον τὸν ἀπὸ τοῦ πλήθους, μὴ κωλύων καταλευσθεῖν ὑπ' αὐτῶν. Συγχωρήσαντος οὖν μου, πλείστων χρημάτων ὁ Ἰωάννης ἐκ τῆς κακουργίας ταύτης ὑπόρρησεν.

ιδ'. Τοὺς δὲ συμπρέσβεις ἀπὸ τῶν Γισχάλων ἀπο-
 30 λύσας εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, πρόνοιαν ἐποιούμην δπλων τε κατασκευῆς καὶ πολέων ὀχυρότητος. Μεταπεμφ-
 35 μένος δὲ τῶν ληστῶν τοὺς ἀνδρειοτάτους, ἀφελῆσθαι μὲν αὐτῶν τὰ ὅπλα οὐχ ὅν τε ὃν ἐώρων· ἐπεισα δὲ τὸ πλῆθος μισθοφορίαν αὐτοῖς παρέχειν, ἀμεινον εἶναι λέ-
 40 γων ἐκόντας ὀλίγον διδόναι μᾶλλον ἢ τὰς κτήσεις διαρπαζομένας ὑπ' αὐτῶν περιορᾶν. Καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν ὄρκους μὴ ἀφίεσθαι πρότερον εἰς τὴν γῆραν, ἐὰν μὴ μετακληθῶσιν, ἢ ὅταν τὸν μισθὸν μὴ λάβωσιν, ἀπέλυσα, παραγγεῖλαις μὴτὲ Ῥωμαίοις πολεμεῖν μῆτε
 45 τοῖς περιοίκοις. Εἰρηνεύεσθαι γὰρ πρὸ πάντων τὴν Γαλιλαίαν ἐφρόντιζον. Τοὺς δ' ἐν τέλει τῶν Γαλιλαίων, ὅσον ἐβδομήκοντα πάντας, βουλόμενος ἐν προφάσει φιλίας καθάπερ ὁμηρα τῆς πίστεως ἔχειν, φίλους τε καὶ συνεκδήμους ἐποίησάμην, ἐπὶ τε κρίσεις παρε-
 50 λάμβανον, καὶ μετὰ γνώμης τῆς ἐκείνων τὰς ἀποφάσεις ἐποιούμην, μηδὲ προπετεῖα πειρώμενος τοῦ δικαίου διαμαρτάνειν, καθαρῶς δὲ πάντῃ ἐν αὐταῖς λήμματος.

ιε'. Περὶ τριακοστὸν γοῦν ἔτος ὑπάρχων, ἐν ᾧ χρόνῳ,
 50 καὶ ἀπέχεται τις τῶν παρανόμων ἐπιθυμιῶν, δύσκολον τὰς ἐκ τοῦ φθόνου διαβολὰςφεύγειν, ἄλλως τε καὶ ἐξουσίας ὄντα μεγάλης, γυναῖκα μὲν πᾶσαν ἀνύδριστον ἐφύλαξα, πάντων δὲ τῶν διδομένων ὥς μὴ χρήζων κατεφρόνησα· ἀλλ' οὐδὲ τὰς ὀφειλομένας μοι ὡς ἱερεῖ δε-

me ei hoc permittere. Cogitabam enim id aut Romanis servare aut mihi ipsi, quod potestatem in res istius regionis a communi Hierosolymorum mihi commissam habere. Isti igitur a me neutiquam impetratis, ad collegas se convertit: futurorum enim improvidi erant, et ad munera accipienda paratissimi. Proinde eos largitionibus corrumpit, ut eorum suffragiis sibi frumentum omne addiceretur, quod in ipsius provincia esset reconditum: atque ego, qui solum me vinci a duobus viderem, quiescebam. Deinde altero dolo Joannes usus est. Aiebat enim Judæos Cæsareæ Philippi incolas, mandato vicarii regis imperii res administrantis conclusos, ad ipsum misisse, obsecrantes ut, quandoquidem eis non suppeteret oleum purum quo uterentur, sua ipse cura ejus copiam illis suppeditaret, ne cogerentur, Græcorum oleo adhibito, contra patrios ritus agere. Hæc autem non religionis ergo dicebat Joannes, sed manifesto admodum turpis lucri causa. Sciens enim apud ipsos quidem Cæsareæ sextarios duos drachma una venire, Gischalis vero octoginta sextarios drachmis quatuor, omne quot illic esset oleum jussit efferri, quasi a me quoque potestatem accepisset: non enim voluntate mea hoc ei permisum erat, sed præ metu populi, ne ab eis, si repugnarem, lapidibus obruerer. Itaque postquam hoc concesseram, multum pecuniæ Joannes ex hoc maleficio sibi comparavit.

14. Quum autem Gischalis collegas Hierosolyma dimissem, omni cura in id incumbere, ut pararentur arma, urbesque munitionibus firmarentur. Accitis deinde latronum fortissimis, quum viderem nequaquam posse illis arma adimi, persuasi multitudini ut mercede eos conducerent, præstabilius esse dicens, nonnihil sponte illis dare quam ut sineret facultates suas ab illis diripi. Acceptoque ab eis jurejurando, in regionem nostram deinceps non venturos esse nisi accersiti fuerint, aut quum non accipiant mercedem, eos dimisi jussos bello non lacessere aut Romanos aut finitimos. Id enim mihi imprimis curæ erat ut Galilæa tranquilla esset et pacata; quumque vellem Galilæorum magistratus, circiter septuaginta omnes, prætextu amicitie habere quasi obsides fidei, eos mihi amicos et iterum comites feci et in judiciis assessores adscisciebam, et ex illorum consensu sententias pronuntiabam, operam dans ut temeritate ab iustitia non discederem, sed memet a muneribus quibuscunque accipiendis purum servarem.

15. Annum igitur agens circiter tricesimum, qua ætate etiamsi quis sibi temperat a cupiditatibus illicitis, difficile tamen admodum est ut fugiat invidiæ calumnias, idque præsertim magna pollens auctoritate, mulierem quidem omnem contumelia liberam servavi, quæque dono offerebantur omnia, quasi nullius rei indigens, contempsit: imo

κάτας ἀπελάμβανον παρὰ τῶν κομιζόντων. Ἐκ μέντοι τῶν λαφύρων μέρος, τοὺς Σύρους τοὺς τὰς περὶ πόλεις κατοικῶντας νικήσας, ἔλαβον, ἃ καὶ εἰς Ἱερουσαλὺμα τοῖς συγγενέσιν ὁμολογῶ πεπομφέναι. Καὶ δις
 5 μὲν κατὰ κράτος ἐλὼν Σεπφωρίτας, Τιβεριεῖς δὲ τετρακίς, Γαδαρεῖς δ' ἅπασι, καὶ τὸν Ἰωάννην πολλάκις ἐπιβουλεύσαντά μοι λαβὼν ὑπογείριον, οὐτ' αὐτὸν οὔτε τινὰς τῶν προειρημένων ἐθνῶν ἐτιμωρησάμην, ὥς προτιῶν ὁ λόγος παραστήσει. Διὰ τοῦτ' οἶμαι καὶ τὸν
 10 Θεὸν (οὗ γὰρ λεγέσθαι αὐτὸν οἱ τὰ δέοντα πράττοντες) καὶ ἐκ τῆς ἐκείνων ῥύσασθαι με χεῖρὸς, καὶ μετὰ ταῦτα πολλοῖς περιπεσόντα κινδύνους διαφυλάττει. Περὶ ὧν ὕστερον ἀπαγγελοῦμεν.

15 ις'. Τοσαύτῃ δ' ἦν πρὸς με τοῦ πλήθους τῶν Γαλιλαίων εὐνοία καὶ πίστις, ὥστε ληφθεῖσων αὐτῶν κατὰ κράτος τῶν πόλεων, γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων ἀνδραποδισθέντων, οὐχ οὕτω ταῖς ἑαυτῶν ἐπεστενάζον συμφοραῖς ὥσπερ τῆς ἐμῆς ἐφρόντισαν σωτηρίας. Ταῦτα δ' ὄρων Ἰωάννης ἐφθόνησε· καὶ γράφει πρὸς με πα
 20 ρακαλῶν ἐπιτρέψαι καταβάντι χρῆσασθαι τοῖς ἐν Τιβεριάδι θερμοῖς ὕδασι, τῆς τοῦ σώματος ἐνεκα θεραπείας. Κἀγὼ, μὴδὲν ὑποπτεύσας πράξειν αὐτὸν πονηρὸν, οὐκ ἐκώλυσα· πρὸς δὲ καὶ τοῖς Τιβεριάδος τὴν διοίκησιν ὑπ' ἐμοῦ πεπιστευμένοις κατ' ὄνομα γράφω κατάλυσιν
 25 ἐτοιμάσαι τῷ Ἰωάννῃ καὶ τοῖς ἀφιζομένοις σὺν αὐτῷ, πάντων τε τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίαν παρασχεῖν. Διέτριβον δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐν κώμῃ τῆς Γαλιλαίας, ἣ προσαγορεύεται Κανά.

17. ιζ'. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀρικόμενος εἰς τὴν Τιβεριεῶν
 30 πόλιν, ἔπειθε τοὺς ἀνθρώπους ἀποστάντας τῆς πρὸς με πίστεως προστίθεσθαι αὐτῷ. Καὶ πολλοὶ τὴν παράκλησιν ἡδέως ἐδέξαντο, νεωτέρων ἐπιθυμοῦντες αἰ
 35 πραγματῶν καὶ φύσει πρὸς μεταβολὰς ἐπιτηδείων ἔχοντες καὶ στάσεις χαίροντες· μάλιστα δὲ Ἰούστος καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Πίστος ὠμήρηντες ἀποστάντες ἐμοῦ
 40 προστίθεσθαι τῷ Ἰωάννῃ. Διεκώλυσα δ' αὐτοὺς φθάσας. Ἦκε γὰρ ἄγγελός μοι παρὰ Σίλα, ὃν ἐγὼ καθεστάκειν τῆς Τιβεριάδος στρατηγὸν, ὥς προείπον, τὴν
 45 τῶν Τιβεριεῶν γνώμην ἀπαγγέλλων, καμὲ σπεύδειν παρακαλῶν· βραδύναντος γὰρ ὑπὸ τὴν ἐτέρων ἐξουσίαν γενέσθαι τὴν πόλιν. Ἐντυχὼν οὖν τοῖς γράμμασι τοῦ Σίλα, καὶ διακρίνας ἀναλαβὼν ἄνδρας, δι' ὅλης τῆς
 50 νυκτός τὴν πορείαν ἐποιούμην, προπέμψας ἄγγελον τὸν τὴν ἐμὴν παρουσίαν τοῖς ἐν τῇ Τιβεριάδι σηματοῦντα. Πρῶτὸ δὲ πλησιάζοντός μοι τῇ πόλει, τὸ πλῆθος ὑπην
 55 τίαζεν, καὶ Ἰωάννης σὺν αὐτοῖς· ὃς καὶ πάνυ με τεταραγμένως ἀσπασάμενος, δείσας μὴ εἰς ἔλεγχον αὐτοῦ τῆς πράξεως ἀφικομένης ἀπολέσθαι κινδυνεύσει, ὑπεχώρησε μετὰ σπουδῆς εἰς τὴν ἑαυτοῦ κατάλυσιν. Κἀγὼ
 60 δὲ, γενόμενος κατὰ τὸ στάδιον, τοὺς περὶ ἐμὲ σωματοφύλακας ἀπολύσας, πλὴν ἐνός, καὶ μετὰ τούτου κατασχὼν δέκα τῶν ὁπλιτῶν, δημηγορεῖν ἐπειρώμην τῷ
 65 πλῆθει τῶν Τιβεριεῶν, στὰς ἐπὶ τριγχοῦ τινος ὕψηλοῦ, παρεκάλουν τε μὴ οὕτως αὐτοὺς ταχέως ἀφίστασθαι·

ne decimas quidem ab afferentibus accipiebam, licet mihi ut sacerdoti debitas. Ex manubiis tamen, postquam Syros urbes finitimas incolentes viceram, partem sumpsi, quam me Hierosolyma misisse ad cognatos fateor. Quumque bis Sephoritas vi expugnassem, Tiberienses quater, Gadarenses semel, et Joannem sæpius insidias mihi molitum in potestatem redegissem, neque de ipso neque de ullo prædictorum populorum pœnas sumere sustinui, prout in sequentibus ostendet narratio. Quamobrem Deum arbitror (ipsum enim non latent qui honeste se gerunt) ex illorum etiam manibus me eripuisse, ac deinde, quum in multa pericula incidissem, conservasse. De quibus posthac narrabimus.

16. Tanta autem erat populi Galilæorum erga me benevolentia ac fides, ut urbibus eorum expugnatis, et uxoribus liberisque in captivitatem abductis, non adeo suis ingemiscerent calamitatibus, ac de mea unius incolumitate solliciti fuerunt. Atqui Joannem, quum ista videret, subiit invidia: et ad me scribit, obsecrans ut, quum Tiberiadem descenderet, ipsi permitterem uti calidis loci istius aquis ad corporis valetudinem curandam. Atque ego, minime illum mali alicujus auctorem fore suspicatus, non prohibui: quin et his, quibus a me commissa erat Tiberiadis administratio, nominatim scripsi, hospitium ut apparerent Joanni illisque qui cum eo venturi essent, rerumque omnium necessariarum copiam eis suppeditarent. Atque ipse eo tempore agebam in vico Galilææ, qui vocatur Cana.

17. Joannes autem, quum ad Tiberiensium urbem venisset, egit cum hominibus illis, ut a sua erga me fide desciscerent ipsi se adjungerent. Et multi preces illius libenter admiserunt, rerum novarum semper appetentes, et a natura facti aptique ad mutationes, et seditionibus gaudentes: præcipue vero Justus et pater ejus Pistus animos impulerunt ut, facta a me defectione, Joanni se addicerent id quod, eos prævertendo, facere prohibui. Venerat enim ad me nuncius a Sila, quem ego Tiberiadis prætorem constitueram, ut jam ante dicebam, Tiberiensium voluntatem iudicans, hortansque ut festinarem; quippe fore, si cunctarer, ut civitas in aliorum potestatem veniat. Acceptis igitur Silæ literis, assumptisque viris ducentis, tota nocte iter faciebam, præmisso nuncio qui adventum meum iis qui erant in Tiberiade significaret. Mane autem, quum orbi appropinquarem, multitudo mihi obviam veniebat, et cum illis Joannes; qui quum me perturbate admodum salutasset, veritus ne facinore ejus detecto vitæ discrimen adiret, pleno gradu in diversorium suum se recepit. Ego vero, quum in stadium pervenissem, dimissis omnibus qui circa me erant satellitibus, præter unum, cumque eo retentis decem armatis, id agebam ut Tiberiensium multitudinem alloquerer e septo quodam sublimi, hortabarque eos ne tam cito deficerent: mutationem enim ipsis cessuram esse

κατάγνοιωσιν γὰρ αὐτοὺς οἷσιν τὴν μεταβολὴν, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα προΐσταμένων δι' ὑποψίας γενήσεσθαι διακαίας, ὥς μὴδὲ τὴν πρὸς ἐκείνους πίστιν φυλάξαντων.

17. Οὕτω δέ μοι πάντα λελάλητο, καὶ τινος ἐξήκουσα τῶν οἰκείων καταβαίνειν κελυόντος· οὐ γὰρ μοι καιρὸν εἶναι φροντίζειν τῆς παρὰ Τιβεριέων εὐνοίας, ἀλλὰ περὶ τῆς ἰδίας σωτηρίας, καὶ πῶς τοὺς ἐχθροὺς ἐκφύγω. Ἐπεπόμφει δ' ὁ Ἰωάννης τῶν περὶ αὐτὸν δούλων ἐπιλέξας τοὺς πιστοτάτους, ἐκ τῶν χιλίων 10 οἵπερ ἦσαν αὐτῷ· καὶ προσέταξε τοῖς πεμφθεῖσιν ἀνελθὲν με, πεπυσμένος ὥς εἶην μετὰ τῶν οἰκείων μεμονωμένος. Ἦκον δ' οἱ πεμφθέντες, καὶ ἐπεπράχρισαν τοὺργον, εἰ μὴ τοῦ τριγροῦ θάπτον ἀπαλλόμενος ἐγὼ μετὰ τοῦ σωματοφύλακος Ἰακώβου, καὶ ὑπὸ τινος Τιβεριέως Ἡρώδου προσανακουφισθείς, δὴνηθείς τε 13 ὑπὸ τούτου ἐπὶ τὴν λίμνην, καὶ πλοίου λαβόμενος καὶ ἐπιβὰς, παρὰ δόξαν τοὺς ἐχθροὺς διαφυγὼν εἰς Ταριχαίας ἀφικόμεν.

18. Οἱ δὲ τὴν πόλιν ταύτην κατοικοῦντες ὥς ἐπύθοντο τὴν τῶν Τιβεριέων ἀπιστίαν, σφόδρα παρωζήθησαν. Ἀρπάζαντες οὖν τὰ ὅπλα παρεκάλουν σφᾶς ἀγειν ἐπ' αὐτούς· (θέλειν γὰρ ἔφασκον ὑπὲρ τοῦ στρατηγοῦ δίκας λαβεῖν παρ' αὐτῶν)· διηγγελλόν τε τὰ γεγονότα καὶ τοῖς κατὰ τὴν Γαλιλαίαν πᾶσαν, ἐρεθίσαι 20 καὶ τούτους κατὰ τὴν Τιβεριέων διὰ σπουδῆς ἔχοντες· παρεκάλουν τε πλείστους συναχθέντας ἀφικέσθαι πρὸς αὐτούς, ἵνα μετὰ γνώμης τοῦ στρατηγοῦ πράττωσι τὸ δόξαν. Ἦκον οὖν οἱ Γαλιλαῖοι πολλοὶ πανταχόθεν μεθ' ὀπλων, καὶ παρεκελεύοντό μοι προσβαλεῖν τῇ 23 Τιβεριάδι, καὶ κατὰ κράτος αὐτὴν ἐξελεῖν, καὶ πᾶσαν ἔσχατος ποιήσαντα τοὺς ἐνοίκους σὺν γυναίξῃ καὶ τέκνοις ἀνδραποδίσασθαι· συνεβούλευον δὲ ταῦτα καὶ τῶν οἰκείων οἱ ἐκ τῆς Τιβεριάδος διασωθέντες. Ἐγὼ δὲ οὐ συνεπένευσον, δεινὸν ἡγούμενος ἐμφυλίου πολέμου κατάρχειν. Μέχρι λόγων γὰρ ὅμην εἶναι δεῖν τὴν φιλο- 30 νεικίαν· καὶ μὴ οὐδ' αὐτοῖς ἔφασκον συμφέρειν τοῦτο πράττειν, Ῥωμαίων ταῖς πρὸς ἀλλήλους στάσεσιν αὐτοὺς ἀπολέσθαι προσδοκόντων. Ταῦτα δὲ λέγων ἔπαυσα τῆς ὁργῆς τοὺς Γαλιλαίους.

19. Ὁ δὲ Ἰωάννης, ἀπράχτου τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῷ γενομένης, ἔδεισε περὶ ἐκυτοῦ, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ὀπλίτας ἀναλαβὼν ἀπῆρεν ἐκ τῆς Τιβεριάδος εἰς τὰ Γίσιχλα, καὶ γράφει πρὸς με περὶ τῶν πεπραγμένων ἀπολογούμενος, ὥς μὴ κατὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ γενο- 40 μένων· παρεκάλει τε μὴδὲν ὑπονοεῖν κατ' αὐτοῦ, προστιθείς ὄρκους καὶ δεινάς τινας ἀράς, δι' ὧν ὥστο πιστευθῆσεσθαι περὶ ὧν ἐπέστειλεν.

20. Οἱ δὲ Γαλιλαῖοι (πολλοὶ γὰρ ἕτεροι πάλιν ἐκ τῆς χώρας πάσης ἀνήχθησαν μεθ' ὀπλων) εἰδότες τὸν 50 ἀνθρωπον ὥς πονηρὸς ἐστὶ καὶ ἐπίτορκος, παρεκάλουν ἀγαγεῖν σφᾶς ἐπ' αὐτὸν, ἄρδην ἀφανίσαι ἐπαγγελλόμενοι σὺν αὐτῷ καὶ τὰ Γίσιχλα. Χάριν μὲν οὖν ἔχειν αὐτῶν ταῖς προθυμίαις ὁμολόγουν ἐγὼ καὶ νικήσειν αὐτῶν τὴν εὐνοίαν ἐπηγγελλόμεν, παρεκάλουν δ' ὁμοῦ

in vituperationem, foreque ut merito iis, qui posthac praefecturam gesturi siut, in suspicionem veniant, ut qui neque precedentibus fidem debitam servaverint.

18. Nondum omnia loquutus sum, quum audieram ex meis quendam jubentem me descendere : non enim me tempus sinere sollicitum esse de Tiberiensium benevolentia, sed de mea ipsius incolumitate, et quo pacto effugere possem inimicos. Nam Joannes, ubi intellexit me solum relictum esse cum domesticis, delectos e militibus suis, qui mille cum ipso erant, fidissimos quosque miserat; illisque in mandatis dederat ut me occiderent. Jamque missi veniebant, atque patratum fuisset facinus, nisi ipse ocius e septo desiliens cum Jacobo corporis mei custode, et ab Herode quodam Tiberiensi sublevatus, ab eoque praeviente viam deductus ad lacum, navigio quod forte ibi nactus sum consensco, e manibus inimicorum praeter opinionem elapsus, Tarichaeas me contulisset.

19. Urbis autem istius incolae, audita Tiberiensium perfidia, majorem in modum exasperati erant. Armis igitur correptis me obsecrabant ut ipsos adversum eos ducerem; (se enim pro suo duce dicebant sumere velle poenas ab ipsis;) facinusque hoc per Galilaeam omnem sermonibus divulgabant, studiose id agentes ut Galilaeos contra Tiberienses irritarent; eosque adhortabantur ut quamplurimi conferti ad se accederent, facturi de consilio ducis id quod visum fuerit. Venerunt itaque permulti ex omni undique Galilaeae armis accincti, meque obsecrabant ut Tiberiadem invaderem, eamque vi expugnarem, totaque solo adaequata incolas cum uxoribus et liberis in servitutem abducerem : eademque suadebant amici qui ex Tiberiade salvi evaserant. Ego vero illis non assentiebar, nefarium ratus belli civilis initium facere. Arbitrabar enim contentionem non debere ultra verba progredi : imo ne ipsis quidem dicebam id expedire, Romanis exspectantibus dum nos mutuis dissidiis nosmet conficiamus. Atque ista loquutus feci ut resideret Galilaeorum ira.

20. At Joannes, ubi ex animi sententia non successerunt insidiae, sibi ipsi timere coepit; et, militibus quos circa se habebat assumptis, relicta Tiberiade Gischala petiit, et ad me scripsit, quae facta erant excusans, quasi non ex sua voluntate fierent; rogabatque ne quam adversum ipsum suspicionem admitterem, jusjurandum etiam adhibens et diras quasdam execrationes, quibus existimabat se ille quae scripserat fidem esse facturum.

21. Galilei autem (nam alii quamplurimi ex omni regione armis instructi denuo adducti erant) quod hominem probe nosset malum esse et perjurum, rogabant ut ipsos contra eum ducerem, promittentes funditus se deleturos et ipsum et Gischala. Ceterum ego me quidem illis pro sua erga me voluntate propensa gratias habere fatebar, meque illorum benevolentiam victurum esse spondebam : veruntamen ut

ἐπισχεῖν αὐτοὺς ἀξίῳ, καὶ συγγινώσκειν μοι δεόμενος προηρημένῳ τὰς ταραχὰς χωρὶς φόνου καταστέλλειν. Καὶ πείσας τὸ πλῆθος τῶν Γαλιλαίων εἰς τὴν Σέπφωριν ἀφικνούμην.

5 κβ'. Οἱ δὲ τὴν πόλιν ταύτην κατοικοῦντες ἄνδρες, κεχρικότες τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐμμεῖναι πίστει, δεδιότες δὲ τὴν ἐμὴν ἀφίξιν, ἐπειράθησαν ἑτέρα με πράξει περισπάσαντες ἀδεεῖς εἶναι περὶ αὐτῶν. Καὶ δὴ πέμψαντες πρὸς Ἰησοῦν τὸν ἀρχιλεῖτην εἰς τὴν Πτολεμαίδος μεθορίαν, ὑπέσχοντο δώσειν πολλὰ χρήματα
10 θελήσαντι μετὰ τῆς σὺν αὐτῷ δυνάμεως (ἦσαν δὲ ὀκτακόσιοι τὸν ἀριθμὸν) πολεμον ἐξάγειν εἰς ἡμᾶς. Ὁ δ' ὑπακούσας αὐτῶν ταῖς υποσχέσεσιν ἠρέλησεν ἐπιπεσεῖν ἡμῖν ἀντοιμίῳ καὶ μηδὲν προγινώσκουσιν. Πέμψας γοῦν πρὸς με παρεκάλει λαβεῖν ἐξουσίαν ἀσπασόμενον ἀφικέσθαι. Συγχωρήσαντος δέ μου (τῆς γὰρ ἐπιβουλῆς οὐδὲν προηπιστάμην) ἀναλαβὼν τὸ σύνταγμα τῶν ληστῶν ἐσπευδεν ἐπ' ἐμέ. Οὐ μὴν ἐφθασεν αὐτοῦ τέλος λαβεῖν ἢ κακουργίᾳ. Πλησιάζοντος γὰρ ἡδὴ,
20 τῶν σὺν αὐτῷ τις αὐτομολήσας ἔχε πρὸς με τὴν ἐπιχειρήσιν αὐτοῦ φράζων. Κἀγὼ πυθόμενος ταῦτα προῆλθον εἰς τὴν ἀγοράν, σκηψάμενος ἀγορεῖν τὴν ἐπιβουλήν. Ἐπηγόμεν δὲ πολλοὺς ὁπλίτας Γαλιλαίους, τινὰς δὲ καὶ Τιβεριέων· εἴτα προστάξας τὰς ὁδοὺς πάσας
25 ἀσφαλέστατα φρουρεῖσθαι, παρήγγειλα τοῖς ἐπὶ τῶν πυλῶν μόνον Ἰησοῦν, ἐπειδὴν παραγένηται, μετὰ τῶν πρώτων εἰσελθεῖν ἐξῆσαι, ἀποκλείσαι δὲ τοὺς ἄλλους, βιαζομένους δὲ τύπτειν. Τῶν δὲ τὸ προσταχθὲν ποιησάντων, εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς μετ' ὀλίγων, καὶ κελεύ-
30 σαντος ἐμοῦ ρῆσαι τὰ ὅπλα θᾶπτον, (εἰ γὰρ ἀπειθήθη τεθήνησθαι,) περιεστῶτας ἰδὼν πανταχόθεν αὐτῇ τοὺς ὁπλίτας, φοβηθεὶς ὑπήκουσεν. Οἱ δ' ἀποκλεισθέντες τῶν ἐπακολουθούντων αὐτῷ πυθόμενοι τὴν σύλληψιν ἐφυγον. Κἀγὼ προσκαλεσάμενος τὸν Ἰησοῦν κατ'
35 ἰδίαν, οὐκ ἀγορεῖν ἔφην τὴν ἐπ' ἐμέ συσκευασθεῖσαν ἐπιβουλήν, οὐδ' ὑπὸ τίνων πεμψεῖν συγγινώσκειν δ' ὅμως αὐτῷ τῶν πεπραγμένων, εἰ μέλλοι μετανοήσῃ καὶ πιστὸς ἐμοὶ γενήσεσθαι. Ὑπισχνουμένου δὲ πάντα ποιήσῃν ἐκείνου, ἀπέλυσα, συγχωρήσας αὐτῷ συναγα-
40 γεῖν πάλιν οὐς πρότερον εἶχεν. Σεπφωρίταις δ' ἠείλησα, εἰ μὴ παύσαιντο τῆς ἀγνομοσύνης, λήψεσθαι παρ' αὐτῶν δίκας.

κγ'. Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀφικνοῦνται πρὸς με δύο μαγιστᾶνες τῶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ βασιλέως ἐκ
45 τῆς τῶν Τραχωνιτῶν χώρας, ἐπαγόμενοι τοὺς ἑαυτῶν ἵππους, καὶ ὅπλα καὶ χρήματα δ' ἐπικομίζοντες. Τούτους περιτέμνεσθαι τῶν Ἰουδαίων ἀναγκαζόντων, εἰ θέλουσιν εἶναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ εἴσα βιασθῆναι, φάσκων δὲ ἑκάστον ἀνδρῶν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν
50 τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας· χρῆναι δὲ τούτους δ' ἀσφάλειαν πρὸς ἡμᾶς καταφεύγοντας μὴ μετανοεῖν. Πεισθέντος δὲ τοῦ πλῆθους, τοῖς ἔχουσιν ἀνδράσι τὰ πρὸς τὴν συνήθη δαίταν ἅπαντα παρείχον δαψιλῶς.

sibi temperarent ab ejusmodi conatu precibus contendebar, veniamque orabam quod tumultus compescere maluerim absque cædibus. Quumque id persuasissem Galilæorum multitudini, Sepphorim me recipiebam.

22. Viri autem hujus urbis incolæ, quum statuissent in fide erga Romanos permanere, mei vero adventum metuis- sent, conati sunt, aliis negotiis me distrahendo, suæ pro- spicere securitati. Adeoque nuncio ad Jesum latronum principem misso in Ptolemaidis confinia, magnam pecuniæ vim se daturus pollicebantur, si vellet cum sua militum manu (erant autem numero octoginta) bellum in nos com- movere. Atque illi, quum non displicerent ei quæ promissa erant, in animo fuit, nos necopinantes et imparatos ag- gredi. Itaque ad me rogatum misit, ut sibi liceret me sa- lutatum venire. Quod quum ei concessissem, (nihil enim insidiarum præsenſeram,) assumpta latronum cohorte, ad me festinabat. Non tamen ei successit quod in animo agi- taverat maleficium. Quum enim jam non longe abesset, quidam e suis transfuga ad me veniebat, quid ille moliretur indicans. Atque ego, quum ista audivissem, in forum pro- cessi, de insidiis simulans nihil me rescivisse. Mihi autem adscisciebam multos Galilæos armatos, et quosdam etiam Tiberienses: quumque edixissem ut aditus in urbem omnes firmissimis præsidii et custodiis munirentur, por- tarum præfectis in mandatis dedi ut solum Jesum, quum adveniret, et primos e suis intrmitterent, ceteros vero excluderent, vimque adhibentes plagis repellerent. Illis autem quæ imperaveram facientibus, Jesus cum paucis ingressus est: quumque ipse jussissem ut ocus arma pro- jiceret, (alioqui moriturum, ni pareret,) ubi vidit se undique armatis obsessum, timore percussus jussis obtemperavit. Qui vero ex ejus comitibus exclusi erant, ut comprehensum esse audiverant, in fugam se conjecerunt. Atque ego, Jesu ad me seorsum accito, dicebam me non ignorare pa- ratas mihi insidias, neque a quibus missus esset; ei tamen factorum veniam daturum, si voverit resipiscere, mihi que fidelis esse. Illo autem omnia se facturum esse pollicente, dimisi, hoc ei concesso, ut iterum colligeret quos prius habuerat. Sepphoritis vero interminatus sum me pœnas ab illis sumpturum esse, nisi in me ingrati esse desine- rent.

23. Per idem tempus e Trachonitarum regione ad me venerunt magnates duo, e numero illorum qui regis imperio suberant, suos secum adducentes equos, insuper et arma et pecuniam afferentes. Hos quum Judæi circumcidi co- acturi essent, si apud ipsos manere vellent, non permisi ut vi ulla eo adigerentur, dicens hominum quemque oportere ex animi sui voluntate Deum colere, et non ad id faciendum cogi: neque committendum aliquid, unde eos, qui securi- tatis causa ad nos confugerint, ejus consilii preniteat. Atque ita persuasa multitudine, viris venientibus omnia ad con- suetum victum affatim suppeditabam.

κδ'. Πέμπει δ' ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας δύναμιν καὶ στρατηγὸν ἐπ' αὐτῆς Αἰκουον Μόδιον, Γάμαλα τὸ φρούριον ἐξαίρησοντας. Οἱ δὲ πεμφθέντες κυκλώσασθαι μὲν τὸ φρούριον οὐκ ἔρκεσαν, ἐν δὲ τοῖς φανεροῖς τῶν τόπων ἐφεδρεύοντες ἐπολιόρκουν τὰ Γάμαλα. Αἰθούτιος δὲ ὁ δεκάδαρχος ὁ τοῦ μεγάλου πεδίου τὴν προστασίαν πεπιστευμένος, ἀκούσας ὅτι παρείην εἰς Σιμωνιάδα κώμην ἐν μεθορίοις κειμένην τῆς Γαλιλαίας, αὐτοῦ δ' ἀπέχουσαν ἐξήκοντα σταδίου, νυκτὸς ἀναλαβὼν τοὺς ἑκατὸν ἵππους οὓς εἶχε σὺν αὐτῷ, καὶ τινὰς πεζοὺς περὶ διακοσίους, καὶ τοὺς ἐν Γαβᾷ πόλει κατοικοῦντας ἐπαγόμενος συμμάχους, νυκτὸς ὀδεύσας, ἦκεν εἰς τὴν κώμην ἐν ᾗ διέτριβον. Ἀντιπαρταξαμένου δὲ καμῶ μετὰ δυνάμειος πολλῆς, ὁ μὲν Αἰθούτιος εἰς τὸ πεδῖον ὑπάγειν ἡμᾶς ἐπειράτο, (σφόδρα γὰρ τοῖς ἵππευσιν ἐπεποίθει,) οὐ μὴν ὑπηρεύσαμεν. Ἐγὼ γὰρ τὸ πλεονέκτημα συνιδὼν τὸ γενησόμενον τοῖς ἵππευσιν, εἰ καταβαίμεν εἰς τὸ πεδῖον, (πεζοὶ γὰρ ἡμεῖς σύμπαντες ἦμεν,) ἔγνω αὐτοῦ τοῖς πολεμίοις συνάπτειν. Καὶ μέχρι μὲν τινος γενναίως ἀντέσχε σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ὁ Αἰθούτιος· ἀχρεῖον δ' ὄρων κατὰ τὸν τόπον τοῦτον οὖσαν αὐτῷ τὴν ἱππικὴν δύναμιν, ἀναξεύγνυσιν ἀπρακτος εἰς Γαβὰν πόλιν, τρεῖς ἀνδράς ἀποβαλὼν κατὰ τὴν μάχην. Εἰσὶ μὲν δὲ κατὰ πόδας ἐγὼ, δισχιλίους ἐπαγόμενος ὀπλίτας· καὶ περὶ Βησαρὰν πόλιν γενόμενος ἐν μεθορίοις τῆς Πτολεμαίδος κειμένην, εἰκοσι δ' ἀπέχουσαν στάδια τῆς Γαβᾶς, ἐνθα διέτριβεν ὁ Αἰθούτιος, στήσας τοὺς ὀπλίτας ἐξωθεν τῆς κώμης, καὶ φρουρεῖν αὐτοῖς ἀσφαλῶς τὰς ὁδοὺς προσταῖας ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐνοχλῆσαι τοὺς πολεμίους ἡμῖν, ἕως τὸν σίτον ἐκπορήσωμεν, (πολὺς γὰρ ἀπέλειτο Βερενίκης τῆς βασιλίδος ἐκ τῶν περὶ κωμῶν εἰς τὴν Βησαρὰν συλλεγόμενος,) πληρώσας καμήλους καὶ τοὺς ὄνους (πολλοὺς δὲ ἐπηγόμην) διέπεμψα τὸν σίτον εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Τοῦτο δὲ πράξας προσκαλούμεν εἰς μάχην τὸν Αἰθούτιον. Οὐχ ὑπακούσαντος δ' ἐκείνου, (κατεπέπληκτο γὰρ τὴν ἡμετέραν ἐτοιμότητα καὶ τὸ θάρρος,) ἐπὶ Νεοπολιτανὸν ἐτραπόμην, τὴν Τιβεριέων χώραν ἀκούσας ὑπ' αὐτοῦ λεηλατεῖσθαι. Ἦν δὲ ὁ Νεοπολιτανὸς ἱλὴς μὲν ἑπαρχος, παρειλήφει δὲ τὴν Σκυθόπολιν εἰς φυλακὴν τὴν ἀπὸ τῶν πολεμίων. Τοῦτον οὖν κωλύσας ἐπὶ πλέον τὴν Τιβεριάδα κακοῦν, περὶ τὴν τῆς Γαλιλαίας πρόνοιαν ἐγίνομην.

κε'. Ὁ δὲ τοῦ Λευὶ παῖς Ἰωάννης, ὃν ἔφαμεν ἐν τοῖς Γισχάλοις διατρίβειν, πυθόμενος πάντα κατὰ νοῦν μοι προχωρεῖν, καὶ δι' εὐνοίας μὲν εἶναι με τοῖς ὑπάρχουσιν, τοῖς πολεμίοις δὲ δι' ἐκπλήξεως, οὐκ εὖ τὴν γνώμην ἐτέθη· κατάλυσιν δ' αὐτῷ τὴν ἐμὴν εὐπραγίαν φέρειν νομίζων, εἰς φθόνον ἐξώκειλεν οὐ τι μέτριον, καὶ παύσειν με τῆς εὐτυχίας ἐλπίσας, εἰ παρὰ τῶν ὑπάρχον μῖσος ἐξάψειν, ἔπειθε τοὺς τὴν Τιβεριάδα κατοικοῦντας καὶ τοὺς τὴν Σέπφωριν, νομίζων πρὸς τοῦτοις καὶ τοὺς Γάβαρα (πόλεις δ' εἰσὶν αὗται τῶν κατὰ τὴν Γαλιλαίαν αἱ μέγισται) τῆς πρὸς με πίστεως

24. Interea autem rex Agrippa copias mittit duce Aequo Modio, Gamala castellum expugnaturas. Qui vero missi erant, quum numero nimis exiguo essent ad castellum cingendum, in locis apertis collocati Gamala oppugnabant. Aebutius autem decurio, cui uni credita erat magni campi praefectura, audito quod in Simoniadem vicum venissam in confiniis Galilaeae situm, distantem ab ipso sexaginta stadiis, noctu assumptis quos secum habebat centum equitibus, peditibus item aliquot circiter ducentis, ascitis insuper in auxilium civitatis Gabae incolis, nocturno itinere in eum vicum pervenit in quo morabar. Quum autem ipse cum valido exercitu aciem ex adverso explicuisssem, Aebutius quidem id sedulo egit ut nos in planitiem proliceret; nam equitibus magnopere confidebat; nos tamen eo adduci nolimus. Ego enim, quum probe nossem quam magnum in commodum cessurum esset equitibus, si in planitiem descenderemus, (nam nos universi pedites eramus,) decrevi in vico cum hostibus configere. Et Aebutius quidem iique qui cum eo erant aliquantisper strenue restiterunt: quum autem videret copias equestres isto in loco inutiles ipsi esse, re infecta in Gabam civitatem recepit, tribus viris in ea pugna amissis. Ego vero e vestigio eos persequabar cum armatorum duobus millibus; et postquam fere ad urbem Besaram veneram, in confiniis Ptolemaidis sitam, viginti autem stadiis a Gaba distantem, ubi tum erat Aebutius, quum milites extra vicum statuisssem, jussissemque eos caute admodum observare omnes viarum aditus, ne nobis molestiam facerent hostes, quam diu frumentum exportaremus, (nam magna ejus vis, quae Berenices reginae erat, recondebatur, ex vicis finitimis in Besaram congesta,) oneratis camelis asinisque, (quippe multos adduxeram,) frumentum in Galileam dimittendum curavi. Quum autem hoc perfecissem, ad pugnam provocabam Aebutium. Illo vero eam detrectante, (perterritus enim erat nostra alacritate et audacia,) contra Neopolitanum iter flexi, audito Tiberiensium regionem ab eo esse deprædatam. Erat autem Neopolitanus hic equitum agmini praefectus, et Scythopolim vero acceperat, ut eam ab hostium incursu custodiret et tueretur. Huic igitur quum obstitissem, ne amplius Tiberiadem vexaret, in eo eram ut Galilaeae rebus prospicerem.

25. Ceterum Joannes Levi filius, quem diximus Gischalis agere, postquam audivit omnia mihi ex animi sententia succedere, quodque subditorum quidem benevolentiam habere, hostibus vero terrori essem, iniquo animo id tulit: meamque felicitatem sibi exitio fore existimans, vehementer mihi invidere cepit. Quumque sperasset se prosperam meam fortunam eversurum esse, si subditorum in medium concitaret, sollicitabat Tiberienses et Sepphoritas, ratus his accessuros Gabarenos, (illae enim civitates omnium in Galilaea maximae sunt,) ut a sua in me fide li-

ἀποστάντας αὐτῷ προστίθεσθαι· κρείττον γὰρ ἐμοῦ
στρατηγήσειν αὐτῶν ἔρασκεν ἑαυτόν. Καὶ Σεπφωρεῖς
μὲν (οὐδετέρῳ γὰρ ἡμῶν προσεῖχον διὰ τὸ Ῥωμαίους
ἡρῆσθαι δεσπότας) οὐκ ἐπένευσεν αὐτῷ, Τιβεριεῖς δὲ τὴν
6 μὲν ἀπόστασιν οὐκ ἐδέχοντο, καὶ αὐτοῦ δὲ συγκατέ-
νευσεν γενήσεσθαι φίλοι. Οἱ δὲ Γάβρα κατοικοῦντες
προστίθενται τῷ Ἰωάννῃ· Σίμων δ' ἦν ὁ παρακαλῶν
αὐτοὺς, πρωτεύων μὲν τῆς πόλεως, ὡς φίλῳ δὲ καὶ
ἐταίρῳ τῷ Ἰωάννῃ χρώμενος. Ἐκ μὲν οὖν τοῦ φα-
10 νεροῦ τὴν ἀπόστασιν οὐκ ὠμολόγουν, (σφόδρα γὰρ ἐδε-
δοίκεσαν τοὺς Γαλιλαίους, ἅτε δὴ πείραν αὐτῶν τῆς
πρὸς ἐμὲ πολλάκις εὐνοίας λαβόντες.) ἐκ τοῦ λεληθότος
δὲ καιρὸν παραφυλάττοντες ἐπιτήδειον ἐπεβούλευον.
Καὶ δὴ ἀφικαμένη εἰς κίνδυνον τὸν μέγιστον, διὰ τοιαύ-
15 τῃν αἰτίαν.

κζ'. Νεανίσκοι τινὲς θρασεῖς, Δαβαριττηνοὶ γένος,
ἐπιτηρήσαντες τὴν Πτολεμαίου γυναῖκα, τοῦ βασιλέως
ἐπιτρόπου, μετὰ πολλῆς παρασκευῆς καὶ τινων ἱππέων
ἀσφαλείας χάριν ἐπομένων, διὰ τοῦ μεγάλου πεδίου
20 τὴν πορείαν ποιοιμένην, ἐκ τῆς τοῖς βασιλεῦσι ὑποτε-
λοῦς χώρας εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, ἐπιτίπτουσιν
αὐτοῖς ἄφνω· καὶ τὴν μὲν γυναῖκα φεύγειν ἠνάγκασαν,
ἃσα δ' ἐπέφερετο πάντα διήρπασαν. Καὶ ἔχον εἰς
Ταριχαίας πρὸς με τέτταρας ἡμιόνους καταφόρους
26 ἄγοντες ἐσθῆτος καὶ σκευῶν· ἦν δὲ καὶ ἀργυρίου στα-
θμὸς οὐκ ὀλίγος, καὶ χρυσοὶ πενταχόσιοι. Ταῦτ' ἐγὼ
βουλόμενος διαφυλάττειν τῷ Πτολεμαίῳ, (καὶ γὰρ ἦν
δυσφόρος, ἀπηγόρευται δ' ἡμῖν ὑπὸ τῶν νόμων μηδὲ
τοὺς ἐχθροὺς ἀποστερεῖν.) πρὸς μὲν τοὺς κομισάντας
30 ἔφην αὐτὰ φυλάττειν δεῖν, ἵν' ἐκ τῆς πράσεως αὐτῶν
ἐπισκευασθῇ τὰ τεῖχη τῶν Ἱεροσολύμων. Οἱ δὲ νεα-
νίαι χαλεπῶς ἔσχον οὐ λαβόντες μοῖραν ἐκ τῶν λαφύρων
καθάπερ προσεδόκησαν· καὶ πορευθέντες εἰς τὰς πέριξ
τῆς Τιβεριάδος κόμας, προδιδόναι μέλλειν με Ῥωμαίοις
35 τὴν χώραν αὐτῶν ἔλεγον· κεχρησθαι γὰρ σοφίσματι
πρὸς αὐτοὺς, λέγοντα τὰ ἐκ τῆς ἀρπαγῆς κομισθέντα
φυλάττειν εἰς τὴν ἐπισκευὴν τῶν τειχῶν τῆς Ἱεροσο-
λυμιτῶν πόλεως, ἐγνωκέναι δὲ πάλιν τῷ δεσπότῃ
ἀποδοῦναι τὰ ἥρπασμένα. Καὶ κατὰ τοῦτο γε τῆς
40 ἐμῆς γνώμης οὐ διήμαρτον. Ἀπαλλαγέντων γὰρ
αὐτῶν μεταπεμφόμενος δύο τοὺς πρώτους Δασσίωνα
καὶ Ἰάνναιον τὸν τοῦ Λευὶ, φίλους ἐν τοῖς μάλιστα
τοῦ βασιλέως καθεστῶτας, τὰ ἐκ τῆς ἀρπαγῆς σκεύη
λαβόντας διαπέμψασθαι πρὸς ἐκεῖνον ἐκέλευον, θάνατον
45 ἀπειλήσας αὐτοῖς τὴν ζημίαν, εἰ πρὸς ἕτερον ταῦτα
ἀπαγγελοῦσιν.

κζ'. Ἐπισχούσης δὲ φήμης τὴν Γαλιλαίαν ἄπασαν
ὡς τῆς χώρας αὐτῶν μελλούσης ὑπ' ἐμοῦ τοῖς Ῥωμαίοις
προδίδεσθαι, καὶ πάντων παροξυνθέντων ἐπὶ τὴν ἐμὴν
50 τιμωρίαν, οἱ τὰς Ταριχαίας κατοικοῦντες, καὶ αὐτοὶ
τοὺς νεανίσκους ἀληθεύειν ὑπολαβόντες, παῖθουσι τοὺς
σωματοφύλακας καὶ τοὺς ὀπλίτας κοιμώμενόν με κατα-
λιπόντας παραγενέσθαι θάττον εἰς ἱππόδρομον, ὡς ἐκεῖ
βουλευσομένους μετὰ πάντων περὶ τοῦ στρατηγοῦ.

gressi se ipsi adjungerent; aiebat enim se illis duce[m] fore
me praestantior[em]. Et Sepphoritæ quidem (nostrum enim
neutri auscultabant, quod Romanos pro dominis elegerant)
illi nequaquam assenserunt; Tiberienses autem, etsi ad
defectionem se persuaderi non sinebant, omnes tamen in eam
sententiam ibant, se illi futuros esse amicos. At Gabaro-
rum incolæ Joanni sese addixerunt, utpote quod ad hoc
eos adhortaretur Simon, qui primas ferebat in civitate, et
Joanne ut amico socioque utebatur. Ceterum se defectores
esse laud palam declarabant; (nam Galilæos valde metue-
rant, ut qui jam ante sæpius experti fuissent eorum
erga me benevolentiam :) verum clam, observato tempore
opportuno, mihi insidiabantur. Adeoque maximum adii
periculum ex hujusmodi causa.

26. Juvenes quidam audaces, genere Dabaritteni, quum
animadvertissent uxorem Ptolemæi, regis procuratoris,
multo cum apparatu, equitibus etiam aliquot securitatis
gratia eam sequentibus, per magnum campum ex provincia
regibus subdita in Romanorum dittonem iter facere, in eos
repente irruunt : et mulierem quidem profugere coegerunt,
quæ vero secum portabat omnia diripuerunt. Quo facto
Tarichæas ad me veniebant, quattuor mulos adducentes
vestimentis onustos et alia supellectile : quin et argenti
pondus erat non exiguum, et aurei quingenti. Hæc ego
servare volens Ptolemæo, (nam et ejusdem mecum tribus
erat, et nobis legibus vetitum est vel inimicos spoliare,) his
qui ea attulerant dicebam, oportere servari, ut
ex illis venditis instaurarentur Hierosolymorum muri.
Juvenes autem isti moleste terebant, quod partem de præda
non ceperant quemadmodum exspectabant : profectique in
vicos Tiberiadi finitimos, rumorem spargebant, velle me
Romanis regionem eorum proder[em] : me enim ipsos com-
mento elusisse, dicentem, quæ ex rapto allata erant, ser-
vatum ire in reparationem murorum civitatis Hierosolymita-
næ, quum contra apud me decrevissem quæ erepta essent
suo reddere domino. Atque meum hac de re propositum
recte conjiciebant. Post illorum enim discessum, accitis
duobus e primoribus, Dassione et Jannæo Levi filio, qui
regi facti erant amicissimi, mandabam eis ut sumpta quæ
rapta erat supellectile, eam ad regem transmittendam cura-
rent, mortem eis in mulctam interminatus, si alteri ista
renunciaverint.

27. Quum autem rumor Galilæam totam pervasisset,
quasi regio ipsorum a me prodenda esset Romanis, eoque
omnibus exasperatis ad expetendum de me supplicium, Ta-
richæarum etiam incolæ, qui et ipsi juvenes verum dicere
arbitrabantur, suadent satellites ac milites me obdormien-
tem deserere, seque quam occissime in circum recipere,
cum omnibus de duce suo consilium inituros. Quum au-

Πειθομένων δὲ τούτων καὶ συνελθόντων, πολλὸς ὄχλος ἤδη προσυνήθροιστο, μίαν τε πάντες ἐποιοῦντο φωνήν, κολάζειν τὸν προδότην πονηρὸν περὶ αὐτοὺς γεγενημένον. Μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐξέκαειν ὁ τοῦ Σαπφία παῖς Ἰησοῦς, ἄρχων τότε τῆς Τιβεριάδος, πονηρὸς ἄνθρωπος καὶ ταραξίαι μεγάλα πράγματα φύσιν ἔχων, στασιουτοῖός τε καὶ νευωτεριστῆς ὡς οὐχ ἕτερος. Καὶ τότε δὴ λαβὼν εἰς χεῖρας τοὺς Μωϋσέως νόμους καὶ προσελθὼν εἰς μέσον, « εἰ μὴ ὑπὲρ αὐτῶν, ἔφη, πολίται, μισεῖν
10 « δύνασθε Ἰωσήπον, εἰς τοὺς πατρίους ἀποβλέψαντες « νόμους, ὧν ὁ πρῶτος ὑμῶν στρατηγὸς προδότης « ἐμέλλε γίνεσθαι, καὶ μισοπονηρήσαντες ὑπὲρ τούτων, « τιμωρήσασθε τὸν τοιαῦτα τολήσαντα. »

κη. Ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τοῦ πλήθους ἐπιβοήσαντος, ἀναλαβὼν τινὰς δολίτας, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ κατηγόμεν ἔσπευδεν ὡς ἀναιρήσων. Ἐγὼ δ' οὐδὲν προαισθόμενος διὰ κόπον πρὸ τῆς ταραχῆς κατεσχήμεν. Σίμων δ' ὁ τοῦ σώματός μου τὴν φυλακὴν πεπιστευμένος, ὁ καὶ μόνος παραμεινὰς, ἰδὼν τὴν ἐπιδρομὴν τῶν πολιτῶν, διεγείρει με καὶ τὸν ἐρεστώτα μοι κίνδυνον ἐξαγγέλλει· ἡξίου τε γενναίως θήσκειν ὡς στρατηγὸν ὑπ' αὐτοῦ, πρὶν διελθεῖν τοὺς ἐχθροὺς ἀναγκάσοντας ἢ κτενοῦντας. Ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν, ἐγὼ δὲ, τῷ Θεῷ τὰ κατ' ἐμαυτὸν ἐπιτρέψας, εἰς τὸ πλῆθος ὠρμήθην
25 προσελθεῖν. Μετενδὺς οὖν μελαινὰν ἐσθῆτα, καὶ τὸ ξίφος ἀπαρτησάμενος ἐκ τοῦ ἀχένους, καθ' ὁδὸν ἐτέραν, ἢ μηδένα μοι τὴν πολεμίων ὑπαντιάσειν ὤμην, ζῆν εἰς τὸν ἱππόδρομον, ἄφω τε φανείς καὶ πρηνῆς πεσὼν καὶ τὴν γῆν δάκρυσι φύρων ἐλεεινὸς ἔδοξα πᾶσιν.
30 Συνεῖς δὲ τοῦ πλήθους τὴν μεταβολὴν, διστάναι τὰς γνώμας αὐτῶν ἐπειρώμεν πρὸ τοῦ τοὺς δολίτας ἀπὸ τῆς οἰκίας ὑποστρέψαι. Καὶ συνεχώρουν μὲν ἀδικεῖν ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἐδεόμην δὲ διδάξαι πρότερον εἰς τίνα χρεῖαν ἐφύλαττον τὰ ἐκ τῆς ἀρπαγῆς κομισθέντα
35 χρήματα, καὶ τότε θνήσκειν, εἰ κτελούοιεν. Τοῦ δὲ πλήθους λέγειν κελεύοντος, ἐπλήθον οἱ δολῖται, καὶ θεασάμενοί με προσέτρεχον ὡς κτενοῦντες. Ἐπισχεῖν δὲ τοῦ πλήθους κελεύοντος ἐπέστησαν, προσδοκῶντες, ἐπειδὴν ὁμολογήσω πρὸς αὐτοὺς τὰ χρήματα τῇ βασιλεὶ τετρηκέναι, ὡς ὁμολογηκὸτα τὴν προδοσίαν ἀναιρήσειν.

κθ'. Σιγῆς οὖν παρὰ πάντων γενομένης, « ἄνδρες, εἴ-
« πον, δμόφυλοι, θανεῖν μὲν εἰ δίκαιόν ἐστιν οὐ παραιοῦ-
« μαί· βούλομαι δ' ὅμως πρὸ τοῦ τελευτῆσαι τὴν ἀλήθειαν
45 « φράσαι πρὸς ὑμᾶς. Τὴν γὰρ πόλιν ταύτην φιλοξέ-
« νωτάτην οὖσαν ἐπιστάμενος, πληθύουσάν τε τοσούτων
« ἀνδρῶν, οἱ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας καταλιπόντες ἀφί-
« κοστο κοινῶν τῆς ὑμετέρας γενόμενοι τύχης, ἐβου-
« λήθην τείχη κατασκευάσαι ἐκ τῶν χρημάτων τούτων,
50 « περὶ ὧν ἡ παρ' ὑμῶν ἐστὶν ὀργὴ δαπανωμένων εἰς
« τὴν οἰκοδομίαν αὐτῶν. » Πρὸς ταῦτα παρὰ μὲν τῶν Ταριχαεατῶν καὶ ξένων ἐγείρεται φωνή, χάριν ἔχειν ὁμολογούντων καὶ θαρρεῖν προτρεπομένων, Γαλιλαῖοι δὲ καὶ Τιβεριεῖς τοῖς θυμοῖς ἐπέμενον. Καὶ γίνεται

tem isti persuaderentur eoque convenissent, frequens jam ante congregatus erat populus, unaque voce clamabant omnes supplicio plectendum esse qui sese pro nefario ipsorum proditore gesserit. Sed maxime eos accendebat Jesus Sapphiae filius, summus eo tempore Tiberiadis magistratus, vir malus et a natura factus ad res magnas turbandas, quique ut nemo alius seditiosus erat rebusque novis studebat. Et tum quidem, quum manu sumpsisset Moysis leges et in medium prodiiisset, « si non vestri gratia, inquit, o
« cives, Josephum poteritis odisse, oculis in patrias leges
« conjectis, quarum iste, exercitus vestri dux primarius,
« proditor futurus erat, et illarum ergo odio ipsum prose-
« quuti, ab eo qui hujusmodi quid ausus est poenas exi-
gite. »

28. Ista loquutus et populi acclamatione exceptus, militibus quibusdam assumptis, ad domum, in qua ipse deversabar, properabat, quasi me occisurus. Ego vero, ut qui nihil praesenseram, ex lassitudine ante tumultum somno captus, quiescebam. At Simon, cui commissa erat corporis mei custodia, et qui tum solus mecum permanserat, viso civium incursu, e somno me excitat, et periculum mihi impendens enunciat: orabatque ut forti animo, prout ducem oporteret, ipsis manu mortem oppeterem, priusquam penetrarent hostes vim illaturi aut interfecturi. Atque ille quidem ista dicebat, ego vero, ut qui meipsum Deo permiseram, desiderio tenebar memet propiendi in mediam multitudinem. Veste igitur nigra indutus, appensoque ad collum gladio, alia via, qua neminem hostium mihi occurrurum esse putabam, in circum ibam, et ex improviso apparens humique prostratus, et terram lacrimis perfundens, omnibus miserandum visus sum spectaculum. Quum autem intellexissem factam esse in populo mutationem, pro virili admitebar illos ut in varias distraherem sententias, priusquam milites a domo reverterentur: et concedebam quidem me inique egisse, ut ipsorum ferret opinionem, postulabam vero ut primum ipsos docerem, quem in usum pecuniam rapti quaesitam et ad me allatam servarem, et tunc me mori non recusare, si juberent. Multitudine vero ut dicerem jubente, supervenerunt milites, et ad me conspectum occidendi animo accurrerunt. At quum plebs imperaret ut sese confinerent, paruerunt, fore exspectantes ut, ubi ipsis fassus fuero me regi pecuniam servasse, quasi mea confessione prodicionis compertum necarent.

29. Itaque facto ab omnibus silentio, « viri, inquam, « tribules, mortem, si eam commertus fuerim, non de-
« precor: volo tamen, antequam moriturus sim, verita-
« tem apud vos proloqui. Civitatem enim hanc quum ani-
« madverterem ad hospites excipiendos propensissimam,
« multisque adeo hominibus abundantem, qui patria sua
« relicta luc se contulerunt, ut de vestra participarent
« fortuna, mihi in animo erat moenia condere ex istis pecu-
« niis, de quibus vos mihi succensetis et irascimini, quas
« plane fuero insumpturus in eorum structuram. » Ad haec Tarichaeatae quidem et hospites vocem attollunt, gratias mihi agentes, meque hono esse animo adhortantes; Galilaei vero et Tiberienses perstabant in iracundia. Factumque est

στάσις πρὸς ἀλλήλους, τῶν μὲν κολάσειν ἀπειλούντων, τῶν δὲ καταφρονεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἐπηγγειλάμην καὶ Τι-
θεριάδῃ κατασκευάσειν τείχη καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν
αὐτῶν ταῖς ἀναγκαῖαις, πιστεύσαντες ὑπεχώρουν ἕκα-
στος εἰς τὴν ἑαυτοῦ. Κἀγὼ παρὰ πᾶσαν ἑλπίδα διαφυ-
γῶν τὸν προειρημένον κίνδυνον, μετὰ τῶν φίλων καὶ
ὀπλιτῶν εἵκοσιν εἰς τὴν οἰκίαν ὑπέστρεψα.

λ'. Πάλιν δὲ οἱ λησται καὶ τῆς στάσεως αἵτιοι, δεῖ-
σαντες περὶ ἑαυτῶν μὴ δίκας εἰσπραχθῶσιν ὑπ' ἐμοῦ
τῶν πεπραγμένων, ἀναλαβόντες ἐξακοσίους ὀπλίτας ἤχον
ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἔνθα διέτριβον, ἐμπρήσοντες αὐτήν.
Ἀπαγγελθείσης δὲ μοι τῆς ἐφόδου, φεύγειν μὲν ἀπρε-
πὲς ἡγήσάμην, ἔκρινα δὲ παραβαλόμενος χρήσασθαι τι
καὶ τόλμῃ. Προστάξας οὖν ἀποκλείσαι τῆς οἰκίας τὰς
θύρας, αὐτὸς ἐπὶ τὸ ὑπερῶον ἀναβὰς παρεχάλουν
εἰσπέμψαι τινὰς ληψομένους τὰ χρήματα· παύσασθαι
γὰρ οὕτω τῆς ὀργῆς αὐτοῦς ἔφην. Εἰσπεμφάντων δὲ
τὸν θρασυτάτον αὐτῶν μάλιστα αἰκισάμενος εἰς τὸ μυ-
χαίτατον τῆς οἰκίας παρασύρας, τὴν ἑτέραν τε τῶν
χειρῶν ἀποκόψαι κελεύσας καὶ κρεμάσας ἐκ τοῦ τραχή-
λου, τοιοῦτον ἐξέβαλον πρὸς τοὺς ἀποστειλαντας. Τοὺς
δ' ἔλαβεν ἐκπληξίς καὶ φόβος οὐ τι μέτριος. Δεῖσαντες
οὖν καὶ αὐτοὶ ταῦτά πεῖσεσθαι εἰ μένοιεν, (εἵχαζον γὰρ
ἔνδον ἔχειν με πλείους αὐτῶν ὀπλίτας,) εἰς φυγὴν ὄρμη-
σαν. Κἀγὼ τοιοῦτω στρατηγήματι χρησάμενος τὴν
δευτέραν ἐπιβουλήν διέφυγον.

λα'. Πάλιν δὲ τὸν ὄχλον τινὲς ἡρέθιζον, τοὺς ἀφι-
κομένους πρὸς με βασιλικούς μεγιστᾶνας οὐκ ὀφείλιν
εἶναι λέγοντες, μὴ μεταβῆναι θέλοντας εἰς τὰ παρ' αὐ-
τοῖς ἔθνη, πρὸς οὓς σωθισμένοι πάρεσαι· διέβαλλόν τε
φαρμακείας εἶναι λέγοντας καὶ κωλυτάς τοῦ Ῥωμαίων
περιγενέσθαι. Ταχὺ δὲ τὸ πλῆθος ἐπείθετο, ταῖς τῶν
λεγομένων πρὸς χάριν αὐτοῖς πιθανότησιν ἀπατῶμενοι.
Πυθόμενος δὲ περὶ τούτων ἐγὼ πάλιν τὸν δῆμον ἀνε-
οίδασκον μὴ δεῖν διώκεσθαι τοὺς καταφυγόντας πρὸς
αὐτοὺς, τὸ δὲ φλύαρον τῆς περὶ τῶν φαρμάκων αἰτίας
διέσπυρον, οὐκ ἂν τοσαύτας μυριάδας στρατιωτῶν Ῥω-
μαίους λέγων τρέφειν, εἰ διὰ φαρμακῶν ἦν νικᾶν τοὺς
πολεμίους. Ταῦτα λέγοντος ἐμοῦ πρὸς ὀλίγων μὲν
ἐπείθεοντο, πάλιν δ' ἀναχωρήσαντες ὑπὸ τῶν πονηρῶν
ἐξηρεθίζοντο κατὰ τῶν μεγιστάνων. Καὶ ποτε μεθ'
ὀπλων ἐπὶ τὴν οἰκίαν αὐτῶν τὴν ἐν Ταριχαιᾷ ἐπῆλθον,
ὡς ἀναιρήσοντες. Ἐδείσα δ' ἐγὼ πυθόμενος μὴ τοῦ
μύσους τέλος λαβόντος ἀνέπιδεας γένηται τοῖς κατα-
φυγεῖν εἰς αὐτὴν θέλουσιν. Παρεγενόμην οὖν εἰς τὴν
τῶν μεγιστάνων οἰκίαν μετὰ τινων ἐτέρων, καὶ κλεί-
σας διώρυγὰ τὴν ποιήσας ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὴν λίμνην
ἀγούσαν, μεταπεμφάμενός τε πλοῖον, καὶ σὺν αὐτοῖς
ἐμβὰς, ἐπὶ τὴν μεθόριον τῶν Ἰππηνῶν διεπέρασα, καὶ
δοὺς αὐτοῖς τὴν τιμὴν τῶν ἵππων (οὗ γὰρ ἡδυνήθησαν
αὐτοὺς ἐπαγαγέσθαι τοιαύτης γενομένης τῆς ἀποδρά-
σεως) ἀπέλυσα, πολλὰ παρακαλέσας τὴν προσπεισοῦ-
σαν ἀνάγκην γενναίως ἐνεγκεῖν. Αὐτὸς τε μεγάλως
ἠχθόμενος, βιασθεὶς τοὺς προσφυγόντας ἐκθεῖναι πάλιν εἰς

inter ipsos dissidium, his quidem supplicium minantibus, illis vero contra securum me esse jubentibus. Postquam autem promiseram et Tiberiadi me aedificaturum mœnia, et aliis eorum civitatibus quibus necessaria erant, fide mihi habita, ad sua quisque recedebant. Atque ego quum præter omnem spem periculum commemoratum effugissem, cum amicis et viginti militibus domum redii.

30. Sed denuo latrones et seditionis auctores, timentes sibi ipsis ne poenas ab iis exigerem ob ea quæ perpetrarant, assumptis secum sexcentis militibus, ad domum, in qua diversabar, veniebant, eam incendio deleturi. Nunciato autem mihi illorum adventu, turpe ratus fuga me proripere, decrevi memet periculo audacter et intrepide objicere. Clausis igitur meo jussu ædium foribus, quum cœnaculum ipse conscendissem, postulabam ut ad me aliquos mitterent pecuniam accepturos; ita enim ab ira ipsos desituros esse dicebam. Quumque audacissimum eorum, quos intro-miserant, verberibus cecidissem in abditissimam domus partem tractum, jussissemque alteram e manibus ei abscidi, colloque ejus appendissem, ita affectum eeci ad eos qui ipsum miserant *rediturum*. At illi animis consternati erant et metu non mediocri perculsi. Veriti igitur ne ipsi, si diutius illic hærerent, eadem paterentur, (coniciebant enim me plures intus habere milites quam qui cum ipsis essent,) subito diffugerunt, atque ego, ejusmodi usus stragemate, insidias iterum in me structas evasi.

31. Verum non defuerunt qui rursum in me populum concitarent, affirmantes, magnates illos reges, qui ad me confugerant, indignos esse qui viverent, transire recusantes in eorum ritus et instituta, apud quos agant incolumitatis ergo: eosque traducebant, veneficos esse dicentes, quique impedirent quominus Romanos superarent. Atque illico in eorum sententiam adducta erat multitudo, decepti verborum præstigiis quæ ad gratiam eorum aucupandam erant accommodata. Quum autem ista auditione accepissem, ego rursus populum edocebam, non oportere eos exagitari qui ad ipsos confugerint: futilemque istam veneficii accusationem irridebam, dictitans Romanos militum tot myriadas non fuisse alturos, si veneficorum opera hostes superare possent. Me ista dicente, ad breve quidem tempus quiescebant: quum autem digressi essent, rursum a perditis quibusdam in magnates irritabantur. Et aliquando armati in ædes quas Tarichææ habitabant impetum faciebant, quasi eos interfecturi. Quod ut audivi, valde timui ne hoc scelere perpetrato nemo in posterum vellet audere et eam confugere. Itaque cum aliis quibusdam in magnatum ædes proficiscebam, et obseratis foribus, ac fossa excavata quæ inde ad lacum duceret, accitum navigium cum eis inscendens, in Hippenorum confinia trajeci; datoque eis equorum pretio (in ejusmodi enim fuga non poteram equos accersere) dimisi, multis verbis rogatos ut præsentem necessitatem forti ferrent animo. Atque ipse valde dolebam, quod necesse haberem eos in hostilem terram reponere qui ad fidem meam

τὴν πολεμίαν· ἀμεινον δ' εἶναι νομίσας παρὰ Ῥωμαίοις ἀποθανεῖν αὐτοὺς, εἰ συμπέσοι, μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν χώραν. Οἱ δ' ἄρα διεσώθησαν· συνελθόντες γὰρ αὐτοῖς βασιλεὺς Ἀγρίππας τὰ ἡμαρτημένα. Καὶ τὰ 5 μὲν περὶ ἐκείνους τούτ' ἔσχε τὸ τέλος.

Λβ'. Οἱ δὲ τὴν τῶν Τιβερίων πόλιν κατοικοῦντες γράφουσι πρὸς τὸν βασιλέα, παρακαλοῦντες πέμψαι δύναμιν τὴν φυλάζουσαν αὐτῶν τὴν χώραν· θελεῖν γὰρ αὐτῷ προστίθεσθαι. Κακείνῳ μὲν ταῦτ' ἔγραφον. Ἀφί- 10 κόμενον δὲ με πρὸς αὐτοὺς παρεκάλουν τὰ τεῖχη κατασκευάζειν αὐτοῖς ὡς ὑπεσχέμην, Ἡκνέουσαν δὲ τὰς Ταριχαίας ἤδη τετειχίσθαι. Κατανεύσας οὖν ἐγὼ καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν οἰκοδομίαν παρασκευασάμενος, τοὺς ἀρχιτέκτονας ἐκέλευον ἐνεργεῖν. Μετὰ δὲ τρίτην 15 ἡμέραν εἰς Ταριχαίας ἀπερχομένου μου, τῆς Τιβεριάδος ἀπεχούσας στάδια τριάκοντα, συνέβη τινὰς Ῥωμαίων ἱππεῖς οὐ πόρρωθεν τῆς πόλεως ὁδοιποροῦντας ὀφθῆναι, οἱ δόξαν παρέσχον τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως δύναμιν ἔχειν. Εὐθέως γοῦν εἰς μὲν τὸν βασιλέα μετὰ 20 πολλῶν ἐπαίνων ἠφίσαν φωνάς, κατ' ἐμοῦ δὲ βλασφημίας· καὶ ἐπιδραμὼν τις ἀπήγγελλέ μοι τὴν διάνοιαν αὐτῶν, ὡς ἀφίστασθαι μου διεγνώκασιν. Ἐγὼ δ' ἀκούσας ἐταράχην μὲν σφόδρα. Τούς γὰρ ὁπλίτας ἔτυχον ἐκ τῶν Ταριχαίων ἐπὶ τὰς αὐτῶν οἰκήσεις ἀπει- 25 κώς, διὰ τὸ τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν σάββατον ὑπάρχειν· οὐ γὰρ ἐβουλόμην ὑπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἐν ταῖς Ταριχαίαις· (δοάκις γοῦν ἐν αὐταῖς διέτριβον, οὐδὲ τῆς περὶ τὸ σῶμα φυλακῆς ἐπιούμην πρόνοιαν, πείραν περὶ τῶν ἐνοικούντων τῆς 30 πρὸς με πίστεως λαθὼν πολλάκις·) μόνους δ' ἔχων περὶ ἐμαυτὸν ἐπτά τῶν ὁπλιτῶν καὶ τοὺς φίλους, ἠπόρουν δὲ πράξω. Μεταπέμπεσθαι γὰρ τὴν ἐμὴν δύναμιν διὰ τὸ λήγειν ἤδη τὴν ἐστῶσαν ἡμέραν οὐκ ἐδοκίμαζον· οὐδὲ γὰρ ἀφικομένης αὐτῆς εἰς τὴν ἐπιούσαν σπλα- 35 χεῖν, κωλύοντων ἡμᾶς τὸν νόμον, κἂν μεγάλη τις ἐπέγειν ἀνάγκη δοκῇ. Εἰ δὲ τοῖς Ταριχαιάταις καὶ τοῖς παρ' αὐτοῖς ξένοις ἐπιτρέψαιμιν τὴν πόλιν διαρπάζειν, ἐώρων οὐχ ἱκανοὺς ἐσομένους, τὴν δὲ ἐμὴν ὑπέρθεσιν ἐώρων μα- 40 χροτάτην· φθῆσεσθαι γὰρ καὶ τὴν παρὰ βασιλέως δύναμιν ἀφικνουμένην καὶ ἐκπεσεῖσθαι τῆς πόλεως ὥρμη. Ἐβουλεύομην οὖν στρατηγῇματι χρῆσθαι τινι κατ' αὐτῶν. Παραχρῆμα δὲ τοὺς πιστοτάτους τῶν φίλων ταῖς πύλαις τῶν Ταριχαίων ἐπιστῆσας φυλάζοντας μετ' ἀσφαλείας τοὺς ἐξίεναι θέλοντας, καὶ τοὺς πρώτους τῶν 45 οἰκῶν προσκαλεσάμενος, αὐτῶν ἕκαστον ἐκέλευσα καθελκύσαντα πλοῖον, ἐμβάντα συνεπαγόμενον τὸν κυβερνήτην ἕπεσθαι μοι πρὸς τὴν Τιβερίων πόλιν. Καὶ αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν φίλων καὶ ὁπλιτῶν, οὓς ἔφην ἐπτά τὸν ἀριθμὸν εἶναι, ἐμβὰς ἔπλεον ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα. 50 λγ'. Τιβερίεις δὲ τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως δύναμιν ὡς ἔγνωσαν οὐχ ἤκουσαν αὐτοῖς, πλοίων δὲ τὴν λίμνην πᾶσαν ἐθεάσαντο πλήρη, δεῖσαντες περὶ τῇ πόλει καὶ καταπλαγέντες, ὡς ἐπιβατῶν πλήρεις εἶεν αἱ νῆες, μετατίθενται τὰς γνώμας. Πρίφαντες οὖν τὰ ὅπλα,

confugerant : satius tamen esse ducebam Romanorum manu eos, si ita accideret, perimi, quam in mea dititione. Atqui demum servati sunt : iis enim peccatorum veniam indulsit rex Agrippa. Et quæ ad eos quidem spectabant huiusmodi exitum habebant.

32. Cives autem Tiberienses per literas regem rogaverunt ut milites, qui regionem ipsorum custodirent, mittendos curaret : se enim velle ad eum transire. Atque ita quidem ei scribebant. Quum autem ad eos venissem, postulabant ut moenia ipsorum urbi, sicuti fueram pollicitus, exstruerem. Audiverant enim Tarichæas jam mœnibus cinctas. Ego itaque quum annuissem, et omnia ad structuram necessaria parassem, architectos jubebam operi manus admovere. Post triduum vero, quum a Tiberiade digrederer Tarichæas, triginta stadiis inde dissitas, contigit ut equites aliquot Romanorum conspicerentur non procul a civitate iter facientes, qui Tarichæatas adduxerunt ut crederent exercitum venire a rege missum. Mox igitur ingenti clamore ovabant, regem multis laudibus efferentes, et in me contumelias jactantes : et quidam accurrens mihi nuntiabat quæ esset eorum sententia, quod a me defectionem facere decreverint. Ego vero istis auditis valde perturbatus eram. Nam milites Tarichæis domum quemque suam dimiseram, quod dies insequens sabbatum esset : quippe nolebam iis qui Tarichæis erant militari multitudine molestiam facessere, (et alioquin, quoties illic versarer, nihil mihi curæ erat corpori adhibere custodiam, ut qui incolarum in me fidei experimentum sæpius fecerim,) sed septem duntaxat e militibus et amicos quosdam circa me habens, incertus hærebam quid mihi agendum esset. Meas autem copias revocare non placebat, die jam inclinante et vespere appetente : nam etiamsi advenissent, crastina die ad arma non iretur, lege nos id facere vetante, magna licet necessitas eo nos adigere videretur. Quodsi Tarichæatis et peregrinis qui apud ipsos erant urbem diripiendam permissem, eos numero haud satis magno fore perspiciebam, meamque moram longiusculam esse sentiebam : nam copias a rege missas brevi venturas et civitatem præoccupaturas esse, foreque arbitrabar ut civitate exciderem. Itaque mecum statuebam quodam adversus eos uti strategemate. E vestigio scilicet quum amicorum fidissimos Tarichæarum portis præfecissem, summa cum cautione eos qui egredi vellent observaturos, et familiarum principes ad me advocassem, singulos eorum jussi navem in lacum detractam conscendere, et gubernatore secum adducto me sequi ad urbem usque Tiberiensium. Dein ipse cum amicis et militibus, quos septem numero fuisse dicebam, nave conscensa ad Tiberiadem navigabam.

33. Tiberienses autem ubi cognoverunt nullas a rege ipsorum in auxilium venire copias, lacum vero omnem navibus stratum conspexerunt, de urbe solliciti et timore perculti, ac si vectoribus plenæ essent naves, mutarunt sententiam. Armis igitur projectis obviam mihi cum uxo-

μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων ὑπηγνίσαντο, πολλὰς μετ' ἐπαίνων φωνὰς εἰς ἐμὲ ἀφίεντες (εἶκαζον γὰρ οὐ προπεύσθαι με τὴν διάνοιαν αὐτῶν) καὶ παρεκάλουν φείσασθαι τῆς πόλεως. Ἐγὼ δὲ πλησίον γενόμενος, ἀγκύρας μὲν ἐπὶ πόρρω τῆς γῆς ἐκέλευον βυλίσθαι τοὺς κυβερνήτας, ὑπὲρ τοῦ μὴ κατὰδῆλα τοῖς Τιβεριεῦσιν εἶναι τὰ πλοῖα κενὰ τῶν ἐπιβατῶν ὄντα. Πλησιάζας δ' αὐτοὺς ἐν τινὶ πλοίῳ κατεμυρόμην αὐτῶν τὴν ἀγνοίαν, καὶ ὅτι δὴ οὕτως εὐχερεῖς εἴεν, πάσης δικαίας ἀνευ προφάσεως ἐξίστασθαι τῆς πρὸς με πίστεως. Ὁμολόγουν δ' εἰς τε τὸ λοιπὸν αὐτοῖς συγγνώσεσθαι βεβαίως, εἰ πέμψιαν δέκα τοῦ πλήθους προεστῶτας. Ὑπακουσάντων δ' ἐτόίμως καὶ πεμφάντων ἄνδρας οὓς προεῖπον, ἐμυδιζάσας ἀπέλυσεν εἰς Ταριχαίας φυλαχθῆ-
15 σομένους.

16 λδ'. Τῷ στρατηγῇματι δὲ τούτῳ τὴν βουλὴν πᾶσαν κατ' ὀλίγους λαβὼν, εἰς τὴν προειρημένην πόλιν καὶ μετ' αὐτῶν τοὺς πολλοὺς τοῦ δήμου πρῶτους ἄνδρας οὐκ ἐλάττους ἐκείνων ὄντας διεπεμψάμην. Τὸ δὲ πλη-
20 θος, ὡς εἶδον εἰς ὅσων κακῶν ἤκουσι μέγεθος, παρεκάλουν με τὸν αἴτιον τῆς στάσεως τιμωρήσασθαι. Κλεῖτος δ' ἦν ὄνομα τούτῳ, θρασὺς τε καὶ προπετής νεανίας. Ἐγὼ δ' ἀποκτείνειν μὲν οὐχ ὅσion ἡγούμενος διόφυλον ἄνδρα, χολάσαι δ' ἀνάγκην ἔχων, τῶν περὶ ἐμὲ τινι
25 σωματοφυλάκων Λεῦτὶ προσέταξα προσελθόντι κόψαι τοῦ Κλεῖτου τὴν ἐτέραν τῶν χειρῶν. Δείσαντος δὲ τοῦ κελυσθέντος εἰς τοσοῦτο πλήθος προδιελθεῖν μόνου, τὴν δειλίαν τοῦ στρατιώτου μὴ βουληθεὶς κατὰδῆλον γενέσθαι τοῖς Τιβεριεῦσιν, αὐτὸν Κλεῖτον φωνήσας,
30 « ἐπειδὴ καὶ ἄξιός, εἶπον, ὑπάρχεις ἀμφοτέρας τὰς « χεῖρας ἀποβαλεῖν, οὕτως ἀχάριστος εἰς ἐμὲ γενόμε- « νός, γενοῦ σαυτοῦ δήμιος, μὴ καὶ ἀπειθήσας χεῖρονα « τιμωρίαν ὑπόσχῃς. » Τοῦ δὲ τὴν ἐτέραν αὐτῷ συγ-
χωρήσαι πολλὰ δεομένου, μόλις κατένευσα. Κάκεινος
35 ἄσμενος ὑπὲρ τοῦ μὴ τὰς δύο χεῖρας ἀποβαλεῖν λαβὼν μάχαιραν κόπτε τὴν ἀριστερὰν ἑαυτοῦ. Καὶ τοῦτο τὴν στάσιν ἔπαυσεν.

λε'. Τιβεριεῖς δὲ, ὡς εἰς τὰς Ταριχαίας ἀφικόμην, γνόντες τὴν στρατηγίαν ἣ κατ' αὐτῶν ἐχρησάμην, ἀπε-
40 θαύμαζον ὅτι χωρὶς φόνων ἔπαυσα τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ τοὺς ἐκ τῆς εἰρκτικῆς μεταπεμψάμενος τοῦ πλήθους τῶν Τιβεριέων (ἦν δὲ σὺν αὐτοῖς Ἰούστος καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Πίστος) συνδείπνους ἐποίησάμην καὶ παρὰ τὴν ἐστίασιν ἔλεγον ὅτι τὴν Ῥωμαίων δύνα-
45 μιν οὐδ' αὐτὸς ἀγνοῶ πασῶν διαφέρουσαν, σιγῶν μέν-
το διὰ τοὺς ληστὰς περὶ αὐτῆς. Καὶ αὐτοῖς δὲ ταῦ-
τὰ συνεβούλευον ποιεῖν, τὸν ἐπιτήδειον περιμένουσι καιρὸν, καὶ μὴ δυσανασχετεῖν ἐμοὶ στρατηγῷ· μηδε-
νός γὰρ αὐτοὺς ἐτέρου δυνήσεσθαι βῆδως ἐπιεικοῦς
50 ὁμοίως τυχεῖν. Τὸν Ἰούστον δὲ καὶ ὑπεμύνησκον ὅτι πρόσθεν ἤ με παραγενέσθαι ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων οἱ Γαλιλαῖοι τὰδελοφῶ τὰς χεῖρας ἀποκόψιαν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ πολέμου πλαστῶν αὐτῷ γραμμάτων κακουργίαν ἐπικαλέσαντες, καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν Φι-

ribus et liberis prodibant, me summis laudibus efferentes (existimabant enim me nihil adhuc de illorum proposito ne fando quidem audivisse) et obsecrabant ut urbi parcerem. Ego vero, quum jam in propinquo essem, jussi gubernatores paulo longius a terra ancoras jacere, ne Tiberienses vectoribus vacuas esse naves deprehenderent. Ego vero, quum navi quadam vectus eis propinquassem, illorum stultitiam increpabam, quodque adeo faciles essent ad discendum a sua in me fide, idque sine ulla justa causa. Pollicebar tamen etiam in posterum me veniam illis certo daturum, si decem eorum qui populo praeerant mitterent. Quum autem prompte mihi auscullasset, misissentque quos jam dictos postulaveram, in navem impositos Tarichæas misi in custodiam.

34. Atque hoc strategemate quum paulatim nactus essem universum senatum, eos in civitatem praedictam, unaque cum eis multos e populi primoribus, illis non pauciores, mittendos curavi. Populus vero, ubi viderunt in quantam calamitatem inciderint, me rogabant ut seditionis auctorem supplicio afficerem. Is autem nomine erat Clitus, juvenis et audax et temerarius. Ego vero, qui nefas ducebam ejusdem tribus hominem interficere, et tamen necesse habebam poenam de eo sumere, Levi, uni e satellitibus qui tum forte aderant, praecepi ut Clitum adiret, eique manum alteram amputaret. Quum autem is, qui jussus erat, non ausus fuerit solus in tantam multitudinem progredi, ipse, ut qui nollem militis timiditatem Tiberiensibus innotescere, Clitum ipsum allocutus, « quandoquidem, aiebam, « meritis es ambas manus amittere, qui in me adeo ingra-
tus exstitisti, esto tibi ipsi carnifex, ne, si recusaveris, « poenam graviorem subeas. » Quumque multis precibus, alteram manum sibi ut condonarem, peteret, a gre annui. Atque ille libenter, ne utramque perderet manum, sumpto gladio sinistram sibi praecidit. Atque hoc ipsum seditionem restinxit.

35. Tiberienses autem, postquam Tarichæas perveni, ubi resciverunt quo essem adversus eos usus strategemate, mirabantur quod sine caede sedavisset eorum vesaniam. Ego autem, quum certos quosdam Tiberiensium e custodia accivissem, (erat in his Justus, et Justus pater Pistus,) eos convivio adhibui: atque inter epulandum dicebam me non ignorare Romaeorum potentiam omni potestati praestare, eam licet dissimularim propter latronum multitudinem. Atque ipsis suadebam ut eadem facerent, tempus opportunitum exspectantes; neque gravatim ferrent quod ipse exercitum ducerem: neminem enim alium eos facile nacturos esse, qui mihi adeo mansuetoque regeret imperio. Porroque Justo in memoriam revocabam quod, antequam ego Hierosolymis relictis venissem, Galilæi fratri ejus manus amputaverint, obiecto ei litterarum ante bellum fictarum maleficio; et quod post Philippi discessum Capalitæ, die-

λίππου Γαμαλίται πρὸς Βαβυλωνίους στασιάζοντες ἀνέλοιεν Χάρητα, (συγγενὴς δ' ἦν οὗτος τοῦ Φιλίππου,) καὶ ὡς Ἰησοῦν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς Ἰούστου σωφρόνως κολάσειαν. Ταῦτα παρὰ τὴν ἐστία-
 5 σιν διαλέγθεις τοὺς περὶ τὸν Ἰουδοῦτον ἔωθεν ἐκέλευσα πάντας τῆς φυλακῆς ἀπολυθῆναι.

λζ'. Πρὸ δὲ τούτων συνέβη τὸν Ἰακίμου Φιλίππον ἀπελθεῖν ἐκ Γάμαλα τοῦ φρουρίου, τοιαύτης αἰτίας γενομένης. Φιλίππος, πυθόμενος μεταστῆναι μὲν
 10 Οὐαρον ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα, διὰ δόχον δὲ ἀρῖ-
 χθαι Μόδιον Αἰκουον, ἄνδρα φίλον αὐτῷ καὶ συνήθῃ πάλαι, γράφει πρὸς τοῦτον τὰς καθ' ἑαυτὸν τύχας ἀπαγγέλλων, καὶ παρακαλῶν τὰ παρ' αὐτοῦ πεμ-
 φθέντα γράμματα πρὸς τοὺς βασιλέας ἀποστεῖλαι. Καὶ
 15 Μόδιος, δεξάμενος τὰς ἐπιστολάς, ἐχάρη σφόδρα, σώ-
 ζεσθαι τὸν Φιλίππον ἐξ αὐτῶν ἐπιγνούς, καὶ πρὸς τοὺς βασιλέας ἐπέμψε τὰ γράμματα, περὶ Βηρυτὸν ὄντας. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίππας ὡς ἔγνω ψευδῆ τὴν περὶ
 20 Φιλίππου φήμην γενομένην, (λόγος γὰρ διήλθεν ὡς στρα-
 τηγοίη τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλε-
 μον,) ἐπέμψεν ἱππεῖς τοὺς παραπέμψαντας τὸν Φιλίπ-
 πον. Καὶ παραγινόμενον ἀσπάζεται τε φιλοφρόνως, τοῖς τε Ῥωμαίων ἡγεμόσιν ἐπεδείκνυνε ὅτι δὴ Φιλίπ-
 25 πος οὗτός ἐστιν περὶ οὗ διεξήκει λόγος ὡς Ῥωμαίων
 ἀποστάτης. Κελεύει δ' αὐτὸν ἱππεῖς τινὰς ἀναλα-
 βόντα ὄξεντον εἰς Γάμαλα τὸ φρούριον πορευθῆναι, τοὺς οικείους αὐτῷ πάντας ἐκείθεν ἐξάγοντα καὶ τοὺς
 Βαβυλωνίους εἰς τὴν Βαταναίαν πάλιν ἀποκαταστή-
 30 σοντα. Παρήγγειλε δὲ καὶ πᾶσαν ποιήσασθαι πρό-
 νοιαν ὑπὲρ τοῦ μὴ γίνεσθαι τινα νεωτερισμὸν παρὰ
 τῶν ὑπηκόων. Φιλίππος μὲν οὖν, ταῦτα τοῦ βασιλέως ἐπιστελλαντος, ἔσπευδε ποιῆσαι αὐτὸν προσέταξεν.

λζ'. Ἰωσήπος δὲ τῆς ἱατρίνης πολλοὺς νεανίσκους θρασείας προτρέψαμενος αὐτῷ συνάρασθαι, καὶ ἐπανα-
 35 στάς τοῖς ἐν Γάμαλα πρώτοις, ἐπειθεν αὐτοὺς ἀρίστα-
 σθαι τοῦ βασιλέως, καὶ ἀναλαβεῖν τὰ ὄπλα, ὡς δι' αὐ-
 τοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀποληψομένου. Καὶ τινὰς μὲν ἐβιάσαντο, τοὺς δὲ μὴ συναρעσκομένους αὐτῶν ταῖς
 γνώμαις ἀνήρουν. Κτείνουσι δὲ καὶ Χάρητα, καὶ μετ'
 40 αὐτοῦ τινα τῶν συγγενῶν Ἰησοῦν, καὶ Ἰούστου δὲ τοῦ
 Τιβεριεύς ἀδελφὸν ἀνέκλον, καθὼς ᾗδῃ προείπομεν. Γράφουσι δὲ καὶ πρὸς με, παρακαλοῦντες πέμψαι δύ-
 ναμιν αὐτοῖς ὀπλιτῶν καὶ τοὺς ἀναστήσοντας αὐτῶν τῇ
 45 πόλει τεύχεα. Κἀγὼ πρὸς οὐδέτερον ἀντείπον ὧν ᾗζω
 45 σαν. Ἀφίσταται δὲ τοῦ βασιλέως καὶ ἡ Γαυλανιτικὴ
 χώρα μέχρι κώμης Σολύμης. Σελευκεὶ δὲ καὶ Σω-
 γάνῃ φύσει κώμαις ὀχυρωτάταις ὥκοδόμησα τεύχη·
 τὰς τε κατὰ τὴν ἄνω Γαλιλαίαν κώμας, καὶ πάνυ πε-
 60 τρώδεις οὕσας, ἐτείχευσε παραπλησίως· ὀνόματα δ' αὐ-
 ταῖς, Ἰάμνεια, Μηρῶθ, Ἀχαβάρη. Ὠχύρωσα δὲ
 καὶ τὰς ἐν τῇ κάτω Γαλιλαίᾳ, πόλεις μὲν Ταριχάας,
 Τιβαριάδα, Σέπφωριν, κώμας δὲ Ἀρβήλων στήλαιον,
 Βηρσάβην, Σελαμίν, Ἰωτάπατα, Καφαρεκχὸν καὶ Σιγῶ
 καὶ Ἰαφά καὶ τὸ Ἰταβύριον ὄρος. Εἰς ταύτας καὶ οἶτον

sidentes a Babylonis, Charetem interfecerint, (erat autem hic Philippi consanguineus,) quodque Jesum ejus fratrem, sororis Justi maritum, modica poena affecerint. Ista quum in convivio loquutus essem, mane Justum cum suis omnibus e custodia dimittendos esse jussi.

36. Verum paulo ante contigit Philippum Jacimi filium e Gamala castello discessisse, hujusmodi de causa. Philippus, audito Varum a rege Agrippa defecisse, eique successurum venisse Modium Aequum, virum sibi amicum olimque familiarem, ad hunc scribit, quaecunque ipsi evenierint narrans, simulque obsecrans ut literas ab ipso missas ad reges perferendas curaret. Tum Modius, quum literas accepisset, valde lætatus est, ut qui ex eis Philippum sal-
 37. Josephus autem obstetricis filius, quum juvenes mul-
 38. tos audaces secum stare hortatus esset et in primores Gamalitarum insurrexisset, illis persuasit a rege desciscere et arma corripere, ut qui ipsius opera sese in libertatem vindicarent. Et vi quidem nonnullos eo adegerunt, alios vero, quibus illorum displicerent consilia, peremerunt. Quin et Charetem occidunt, et cum eo Jesum unum e consanguineis, porroque Justi Tiberiensis fratrem interfecerunt, ut jam ante diximus. Post hæc ad me scribunt, obsecrantes ut vim militum ad ipsos mitterem, quique civitatis ipsorum mœnia excitaturi essent. Atque ego nentri postulationi contradicebam. Tunc a rege desciscit etiam Gaulanitis regio usque ad vicum Solymam. Atque Soganæ et Se-
 39. leuciae, vicis natura muntilsimalis, mœnia circumdedi; alios item in Galilæa superiore vicos, quamvis scopulis imposi-
 40. tos, muris similiter munivi. Nomina autem illis sunt, Jamnia, Meroth, Achabare. Loca præterea Galilææ inferioris munimentis firmavi, urbes quidem, Tarichæas, Tiberiadem, Sepphorin; vicos vero, Arbelorum speluncam, Bersaben, Selamin, Jotapata, Caphareccho, et Sigo, et Japha, et

ἀπευθέμεν πολλὸν καὶ ὅπλα πρὸς ἀσφάλειαν τὴν μετὰ ταῦτα.

λγ'. Ἰωάννη δὲ τῷ τοῦ Λευὶ τοῦ κατ' ἐμοῦ μίσος μάλ-
 λον προσήυζετο βαρέως φέροντι τὴν ἐμὴν εὐπραγίαν.
 5 Προθέμενος οὖν πάντως ἐκποδῶν με ποιήσασθαι, τῇ
 μὲν αὐτοῦ πατρίδι τοῖς Γισχάλοις κατασκευάζει τείχη,
 τὸν ἀδελφὸν δὲ Σίμωνα, καὶ τὸν τοῦ Σισέννα Ἰωνάθην
 καὶ ὅπλιντας περὶ ἑκατὸν εἰς Ἱερουσόλυμα κέμπει πρὸς
 τὸν τοῦ Γαμαλιήλου Σίμωνα, παρακαλέσοντας αὐτὸν
 10 πείσαι τὸ κοινὸν τῶν Ἱερουσολυμιτῶν, τὴν ἀρχὴν ἀρε-
 λομένους ἐμὲ τῶν Γαλιλαίων αὐτῷ ψηφίσασθαι τὴν
 ἐξουσίαν τούτων. Ὁ δὲ Σίμων οὗτος ἦν πόλεως μὲν
 Ἱερουσόλυμων, γένους δὲ σφόδρα λαμπροῦ, τῆς δὲ Φα-
 ρισαίων αἰρέσεως, οἱ περὶ τὰ πάτρια νόμιμα δοκοῦσι
 15 τῶν ἄλλων ἀκριβεῖα διαφέρειν. Ἦν δ' οὗτος ἀνὴρ πλή-
 ρης συνέσεως τε καὶ λογισμοῦ, δυνάμενός τε πράγματα
 κακῶς κείμενα φρονήσει τῇ ἑαυτοῦ διορθώσασθαι, φί-
 λος τε παλαιὸς τῷ Ἰωάννῃ καὶ συνήθης, πρὸς ἐμὲ δὲ
 τότε διαφόρως εἶχεν. Δεξιόμενος οὖν τὴν παράκλησιν
 20 ἔπειθε τοὺς ἀρχιερεῖς Ἀνανὸν καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Γα-
 μαλιᾶ, τινὰς τε τῶν τῆς αὐτῶν στάσεως ἐκείνης, ἐκ-
 κόπτειν με φυόμενον καὶ μὴ περιδεῖν ἐπὶ μήχιστον αὐ-
 ξηθέντα δόξης, συνοίσειν αὐτοῖς λέγων, εἰ τῆς Γαλι-
 λαίας ἀφαιρεθείη. Μὴ μέλλειν δὲ παρεχάλει τοὺς
 25 περὶ τὸν Ἀνανὸν, μὴ καὶ φθάσας γινῶναι μετὰ πολ-
 λῆς ἐπέλθω τῇ πόλει δυνάμεως. Ὁ μὲν Σίμων ταῦτα
 συνεβούλευεν· ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανὸς οὐ βῆδιν εἶναι
 τὸ ἔργον ἀπέφαινε· πολλοὺς γάρ τῶν ἀρχιερέων καὶ
 τοῦ πλήθους προεστῶτας μαρτυρεῖν διὰ καλῶς ἐγὼ
 30 στυκτηγῶ· ποιῆσθαι δὲ κατηγορίαν ἀνδρὸς, καθ'
 οὗ μηδὲν λέγειν δίκαιον δύνανται, φαύλων ἔργον εἶναι.
 λδ'. Σίμων δ' ὥς ἤκουσε ταῦτα παρὰ τοῦ Ἀνάνου,
 σιωπᾶν μὲν ἐκείνους ἤξιωσε μὴδ' εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν
 τοὺς λόγους αὐτῶν· προνοήσασθαι γάρ αὐτὸς ἔφασκεν
 35 ἵνα ὕαττον μετασταθεῖν ἐκ τῆς Γαλιλαίας. Προσκα-
 λεσάμενος δὲ τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰωάννου προσέταξε πέμ-
 πειν ὠρεὰς τοῖς περὶ τὸν Ἀνανὸν· τάχα γάρ οὕτως
 ἔρη πείσειν αὐτοὺς μεταθέσθαι τὰς γνώμας. Καὶ
 τέλος ἔπραξεν ὁ Σίμων ὁ προὔθετο. Ὁ γάρ Ἀνανὸς
 40 καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τοῖς χρήμασι διαφθαρέντες συντίθεν-
 ται τῆς Γαλιλαίας ἐκβαλεῖν με, μηδενὸς ἄλλου τῶν
 κατὰ τὴν πόλιν τοῦτο γινώσκοντος. Καὶ δὴ ἔδοξεν
 αὐτοῖς πέμπειν ἀνδράς κατὰ γένος μὲν διαφέροντας, τῇ
 παιδείᾳ δ' ὁμοίους. Ἦσαν δ' αὐτῶν οἱ μὲν δημοτικοὶ
 45 δύο, Ἰωνάθης καὶ Ἀνανίας, Φαρισαῖοι τὴν αἵρεσιν, ὁ
 δὲ τρίτος Ἰόζαρος ἱερατικοῦ γένους, Φαρισαῖος καὶ
 αὐτός, Σίμων δ' ἐξ ἀρχιερέων νεώτατος ἐκείνων.
 Τούτους ἐκέλευον ἀφικομένους εἰς τὸ πλῆθος τῶν Γαλι-
 λαίων πυθέσθαι παρ' αὐτῶν τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐμὲ φι-
 60 λοῦσιν. Εἰ δὲ φαίεν ὅτι πόλεως εἶην τῆς Ἱερουσόλυ-
 μων, καὶ αὐτοὺς ἐξ ἐκείνων λέγειν ὑπάρχειν τοὺς τέσ-
 σαρ· εἰ δὲ διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν νόμων, μὴδ' αὐτοὺς
 ἀγνοεῖν ἔθνη τὰ πάτρια φάσκαι· εἰ δ' αὖ διὰ τὴν ἱερου-

montem Itabyrium. In ea loca et frumenti magnam vim
 recondidi, et arma ad securitatem in futurum.

38. Interim Joanni Levi filio odium in me adaugebatur,
 ut qui successus meos graviter ferebat. Quum itaque decre-
 visset omnino me de medio tollere, Gischalis patriæ suæ
 mœnia ædificat : Simonem vero fratrem et Jonatham Si-
 sennæ filium, et milites ferme centum Hierosolyma mittit
 ad Simonem Gamalielis filium, eum obsecratorios ut
 suaderet communi Hierosolymorum mihi auferre imperium
 in Galilæos, et potestatem in eos ipsi decernere. Simon
 autem hic ortu quidem erat Hierosolymitanus, genere vero
 perquam illustri, et e secta Phariseorum, qui accurata
 legum patriarum scientia et custodia inter alios videntur
 excellere. Hic proinde vir sapientia abundabat et ratione
 plurimum valebat, et suo unius consilio res labantes resti-
 tuere poterat, vetusque erat Joannis amicus eique perfa-
 miliaris, mihi vero tunc temporis insensus infestusque.
 Huic igitur adhortationi obsequutus, pontifices Ananum et
 Jesum Gamalæ filium, alios item aliquot, ejusdem cum
 illis factionis, adiit suadens me viribus crescentem tollere, nec
 sinere me ad summum gloriæ fastigium evectum iri, e re
 ipsorum fore dicens, si a Galilææ præfectura summooverer.
 Ananum autem et qui cumeo erant hortabatur ut nullam mo-
 ram facerent, ne ipse, si prius rem resciscerem, urbem
 magno cum exercitu invaderem. Et Simon quidem ista
 suggerebat. Ananus vero pontifex id negotii difficile esse
 ostendebat, quod magna pars pontificum, eorumque qui
 populo præerant, mihi laudem boni ducis suo adstruerent
 testimonio ; atque improborum esse in eum accusationem
 instituire, cui nihil haberent quod objiceretur.

39. Tum Simon, ubi ab Anano ista acceperat, illos qui-
 dem tacere obsecrabat, neque sinere ut isti sermones in
 vulgus emanarent : sibi enim curæ fore dicebat ut ipse
 quantocius e Galilæa ejiceret. Dein, accito fratre Joannis,
 mandavit ei munera mittere ad Ananum ejusque amicos :
 ita enim forsân futurum esse aiebat ut de sua sententia de-
 cedere persuadeantur. Tandemque quod proposuit, effe-
 cit Simon. Nam Ananus suique, largitionibus corrupti,
 constituunt me de Galilæa deturbare, e civibus nemine alio
 hujus rei conscio. Adeoque illis visum est viros mittere
 generis nobilitate spectabiles, paresque doctrinæ laude.
 Horum quidem duo viri erant populares, Jonathas et Ana-
 nias, secta Pharisei ; tertius autem Jozarus, genere sacer-
 dotali natus, et ipse Phariseus, Simon vero e pontificibus
 illorum natu minimus. Hos jusserunt, quum in Galilæorum
 concionem venirent, ab illis quærere quid causæ esset cur
 me ita diligerent. Quodsi respondeant, quia Hierosoly-
 mitanus sim, dicere et ipsos quattuor ex eadem urbe esse :
 sin autem, quod legum bene peritus sim, subjungere nec
 ipsos institutorum patriorum ignaros esse : sin vero dicere

σύνην λέγοιεν ἀγαπᾶν με, καὶ αὐτῶν ἀποκρίνασθαι δύο ἱερεῖς ὑπάρχειν.

μ'. Ταῦθ' ὑποθέμενοι τοῖς περὶ τὸν Ἰωνάθην, τέσσαρας μυριάδας ἀργυρίου διδόνασιν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων. Ἐπεὶ δὲ τινα Γαλιλαῖον ἤκουσαν, Ἰησοῦν ὄνομα, περὶ αὐτὸν τάξιν ἐξακοσίων ὀπλιτῶν ἔχειν, ἐπιδημοῦντα τοῖς Ἱεροσολύμοις, τότε μεταπεμφάμενοι τοῦτον καὶ τριῶν μηνῶν μισθὸν δόντες ἐκέλευσαν ἔπεσθαι τοῖς περὶ τὸν Ἰωνάθην πειθαρχοῦντα αὐτοῖς, καὶ τῶν πολιτῶν δὲ τριακοσίοις ἀνδράσι δόντες ἀργύριον εἰς τροφὴν τῶν ὄλων, προσέταξαν ἀκολουθεῖν τοῖς πρέσβεσιν. Πεισθέντων οὖν αὐτῶν καὶ πρὸς τὴν ἐξοδὸν εὐτρεπισθέντων, ἐξήσαν οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην σὺν τοῦτοις, ἐπαγόμενοι καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἰωάννου καὶ ὀπλίτας ἑκατὸν, λαβόντες ἐντολὰς παρὰ τῶν πεμφάντων, εἰ μὲν ἐκὼν καταθείμην τὰ ὄπλα, ζῶντα πέμπειν εἰς τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, εἰ δ' ἀντιτασσοίμην, ἀποκτεῖναι μηδὲν δεδιότας· αὐτῶν γὰρ εἶναι τὸ πρόσταγμα. Ἐγγράφεισαν δὲ καὶ τῷ Ἰωάννῃ πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον ἐτοιμάζεσθαι· ταῖς τε Σέπφωριν καὶ Γάβαρα κατοικοῦσι καὶ Τιβεριεῦσι προσέτατον συμμαχίαν τῷ Ἰωάννῃ πέμπειν.

κα'. Ταῦτά μοι τοῦ πατρὸς γράψαντος, (ἐξεῖπε δὲ πρὸς αὐτὸν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Γαμαλαῶ τῶν ἐν αὐτῇ τῇ βουλῇ γενομένων εἰς, φίλος ὢν καὶ συνήθης ἐμοί,) σφόδρα περιτλήγησα, τοὺς τε πολίτας οὕτω περὶ ἐμὲ γενομένους ἀγαρίστους ἐπιγνοὺς διὰ φθόνον ἀναιρεθῆναι με προστάξει, καὶ τῷ τὸν πατέρα διὰ τῶν γραμμάτων πολλὰ με παρακαλεῖν ἀφικέσθαι πρὸς αὐτόν· ποθεῖν γὰρ ἔφη θεάσασθαι τὸν υἱὸν πρὸ τοῦ τελευτῆσαι. Ταῦτα δὴ πρὸς τοὺς φίλους εἶπον, καὶ οἱ μετὰ τρίτην ἡμέραν καταλιπὼν τὴν χώραν αὐτῶν εἰς τὴν πατρίδα πορευσοίμην. Λύπη δ' ἄπαντας τοὺς ἀκούσαντας κατέσχε, παρεκάλουν τε κλαίοντες μὴ ἐγκαταλιπεῖν αὐτοὺς ἀπολούμενους, εἰ τῆς ἐμῆς στρατηγίας ἀποστερηθεῖεν. Οὐ κατανεύοντας δὲ μοι ταῖς ἱκετείαις αὐτῶν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐμαυτοῦ φροντίζοντος σωτηρίας, δεισαντες οἱ Γαλιλαῖοι μὴ ἀπελθόντος εὐκαταφρόνητοι τοῖς λησταῖς γένοιτο, πέμπουσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἅπασαν τοὺς σηματοῦντας τὴν ἐμὴν γνώμην περὶ τῆς ἀπαλλαγῆς. Πολλοὶ δὲ καὶ πανταχόθεν συνήχθησαν, ὡς ἤκουσαν, μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, οὐ πόθῳ, δοκῶ μοι, τῷ πρὸς ἐμὲ μᾶλλον ἢ τῷ περὶ αὐτῶν δέει τοῦτο πράττοντες· ἐμοῦ γὰρ παραμένοντος πείσεσθαι κακὸν οὐδὲν ὑπελάμβανον. Ἦκον οὖν πάντες εἰς τὸ μέγα πεδίον, ἐν ᾧ διέτριβον· Ἀσχωῖς ἐστὶν ὄνομα τοῦτω.

μβ'. Θαυμάσιον δὲ ὅσον δνειρον διὰ τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἔθεασάμην. Ἐπεὶ γὰρ εἰς κοίτην ἐτραπόμην διὰ τὰ γραφέντα λυπούμενος καὶ τεταραγμένος, ἔδοξα τινα λέγειν ἐπιστάντα μοι, « παῦσαι τὴν ψυχὴν, ὦ οὗτος, ἀλγῶν, παντός τ' ἀπαλλάσσου φόβου. Τὰ γὰρ λυποῦντά σε μέγιστον ποιήσει καὶ ἐν πᾶσιν εὐτοχέστατον. Κατορθώσεις δ' οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ

pergerent se amare me ob sacerdotil dignitatem, denuo subicere et ex ipsis duos sacerdotes esse.

40. Quum ista suggesissent Jonathas ejusque collegis, quattuor illis argenti myriadas dant e publicis pecuniis. Deinde audito Galilæum quendam, Jesum nomine, cum sexcentorum militum cohorte jam venisse Hierosolyma, tunc ipsum accitum et trimestri stipendio donatum jussurunt Jonatham ejusque collegas sequi et illis obtemperare, insuper et trecentis e civibus imperarunt legatos comitari, dato omnibus in commeatum argento. Illis igitur persuasis et ad protectionem paratis, Jonathas ejusque collegæ egressi sunt, secum habentes etiam Joannis fratrem atque milites centum, mandatis ab his qui ipsos miserunt acceptis, ut si sponte ab armis discederem, me vivum in Hierosolymitarum urbem ablegarent; sin vero repugnarem, nihil metuentes me occiderent, freti scilicet ipsorum mandato. Scripserunt autem et Joanni ut ad bellum adversus me sese accingeret; simul et Sepphoritis et Gabarenis et Tiberiensibus injungebant ut Joanni suppetias mitterent.

41. Ista mihi quum pater literis significasset, (ut qui ea acceperat ab Jesu Gamalæ filio, qui concilio interfuit, mihi scilicet amico et familiari,) valde indolui, et quod non veram cives in me adeo ingratos exstitisse, ut per invidiam de medio me tolli juberent; et quod pater me per literas vehementer obsecraverat, ad se ut venirem; dicebat enim se filium videre velle antequam mortem oppeteret. Ista sane amicis narrabam quodque post triduum regione relicta in patriam profecturus essem. Universos autem, qui ea audierant, occupabat mœror, meque lacrimantes obstabantur, ne eos desererem, perituros si desinerent meo regi imperio. Quum autem precibus illorum non annuerem, sed de mea unius salute sollicitus essem, veriti Galilæi ne post meum discessum latronibus contemplibiores fierent, nuncios per Galilæam omnem dimiserunt, meam de discessionem sententiam indicaturos. Multi autem, quum primum id resciverunt, undique congregati sunt cum uxoribus et liberis, non tam mei, ut opinor, desiderio id agentes, quam quod sibimet metuerent: nam persuasum habuerunt, me permanente, nihil se mali adituros. Venerunt igitur ad me universi in magnum campum, ubi tum agebam: Asochis nomen ipsi est.

42. Nocte autem illa mirandum mihi objectum est somnium. Quum enim in cubile me recoissem, monstus et turbatus ex iis quæ ad me scripta erant, visus sum mihi videre quendam adstantem, dicentemque, « heus tu, qui mœres, alleva animum a mœrore, et liber esto a formidine. Quæ tu doles, magnum te reddent et in omnibus a felicissimum. Nam facies ut non hæc solum tibi prospere

« καὶ πολλὰ ἔτερα. Μὴ χάμνε δὴ· μέμνησο δ' ὅτι
 « καὶ Ῥωμαίοις δεῖ σε πολεμῆσαι. » Τοῦτον δὲ τὸν
 ὄνειρον θεασάμενος, διανίσταμαι καταβῆναι προθυμού-
 μενος εἰς τὸ πεδίον. Πρὸς δὲ τὴν ἑμὴν ὄψιν πᾶν τὸ
 5 πλῆθος τῶν Γαλιλαίων (ἦσαν δ' ἐν αὐτοῖς γυναῖκες τε
 καὶ παῖδες) ἐπὶ στόμα βρῖφντες ἑαυτοὺς καὶ δακρύον-
 τες ἰκέτευσον μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν τοῖς πολεμίοις,
 μὴδ' ἀπελθεῖν ἐάσαντα τὴν χώραν αὐτῶν ἐνύβρισμα
 τοῖς ἐχθροῖς ἐσομένην. Ὡς δὲ ταῖς δεήσεσιν οὐκ
 10 ἔπειθον, κατηνάγκαζον ὅρκους μένειν παρ' ἑαυτοῖς.
 Ἐλοιδοροῦντό τε τῷ δήμῳ πολλὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν,
 ὡς εἰρηνεύεσθαι τὴν χώραν αὐτῶν οὐκ εἴδοντι.

μγ'. Ταῦτα δὴ καὶ ἐπακούουν αὐτῶν καὶ βλέπων τοῦ
 πλήθους τὴν κατήφειαν, ἐκλάσθηεν πρὸς ἔλεον, ἄξιον
 15 εἶναι νομίζειν ὑπὲρ τοσούτου πλήθους καὶ προδῆλους
 κινδύνους ὑπομένειν. Κατανεύω δὴ μένειν, καὶ πεν-
 τακισχίλιους ἐξ αὐτῶν ὀπλίτας ἤκειν κελεύσας ἔχοντας
 ἑαυτοῖς τροφάς, ἐπὶ τὰς οἰκήσεις διαφῆκα τοὺς ἄλλους.
 Ἐπεὶ δὲ οἱ πεντακισχίλιοι παρεγένοντο, τοὺτους ἀνα-
 20 λαβὼν καὶ τρισχίλιους τοὺς σὺν ἑμαυτῷ στρατιώτας,
 ἱππεῖς δ' ὀγδοήκοντα, τὴν πορείαν εἰς Χαβωλὴν κώμην,
 Πτολεμαίδος μεθόριον ὕσαν, ἐποιήσάμην. Κάκει
 τὰς δυνάμεις συνείχον, ἐτοιμάζεσθαι σηκπτόμενος ἐπὶ
 τὸν πρὸς Πλάκιδον πόλεμον. Ἀφίκετο δ' οὗτος μετὰ
 25 δύο σπειρῶν πεζοῦ στρατεύματος καὶ ἱππέων ἑλγς μιᾶς,
 ὑπὸ Κεστίου Γάλλου πεμφθεὶς, ἵν' ἐμπρήσῃ τὰς κώ-
 μας τῶν Γαλιλαίων, αἱ πλησίον ἦσαν Πτολεμαίδος.
 Βαλλομένου δ' ἐκείνου χάρακα πρὸ τῆς Πτολεμαίων
 πόλεως, τίθεμαι καὶ γὰρ στρατόπεδον, τῆς κώμης ὅσον
 30 ἐξήκοντα σταδίου ἀποσχίζων. Πολλάκις μὲν οὖν τὰς
 δυνάμεις προηγάρμεν ὥς εἰς μάχην, πλέον δ' οὐδὲν
 ἀκροβολισμῶν ἐπράξαμεν. Ὁ γὰρ Πλάκιδος ὅσω περ
 ἐγίνωσκε σπεύδοντά με πρὸς μάχην, αὐτὸς καταπλητ-
 τόμενος ὑπεστέλλετο· τῆς μέντοι Πτολεμαίδος οὐκ
 35 ἐχωρίζετο.

μδ'. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν ἀφικόμενος Ἰωνά-
 θης μετὰ τῶν συμπρέσβειων, ὧν ἔφαμεν ἐκ τῶν Ἱεροσο-
 λύμων ὑπὸ τῶν περὶ Σίμωνα καὶ Ἀνανὸν τὸν ἀρχιερέα
 πετέμφθαι, λαβεῖν με δι' ἐνέδρας ἐπεβούλευεν· φανερώς
 40 γὰρ ἐπιχειρεῖν οὐκ ἐτόλμα. Γράφει δὲ πρὸς με τοιαύ-
 την ἐπιστολήν. « Ἰωνάθης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, πεμ-
 « φθέντες ὑπὸ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, Ἰωσήφῳ χαίρειν.
 « Ἡμεῖς ὑπὸ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις πρώτων, ἀκουσάν-
 « των τὸν ἀπὸ Γισχάων Ἰωάννην ἐπιβεβουλευκέναι σοι
 45 « πολλὰκις, ἐπέμφοθμεν ἐπιπλήζοντες αὐτῷ καὶ παραι-
 « νέοντες εἰς τὸ λοιπὸν ὑπακούειν σοι. Βουλεύεσθαι
 « δὴ σὺν σοὶ θέλοντες περὶ τῶν κοινῇ πρακτέων, παρα-
 « καλοῦμεν ἥκειν θάττον πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ μετὰ πολ-
 « λῶν· οὐδὲ γὰρ ἡ κώμη δύναται ἂν στρατιωτῶν πλῆθος
 50 « ὑποδέξασθαι. » Ταῦτα δ' ἔγραφον προσδοκῶντες
 δυοῖν θάτερον, ἢ ὅτι χωρὶς ὀπλῶν ἀφικόμενον πρὸς αὐ-
 τοὺς ἔξουσιν ὑποχέριον, ἢ πολλοὺς ἐπαγόμενον κρινούσι
 πόλεμιον. Ἦκε δέ μοι τὴν ἐπιστολήν ἱππεὺς κομί-
 ζων, θρασὺς ἄλλως νεανίας τῶν παρὰ βασιλεῖ ποτε

« cedant, sed et alia permulta. Itaque ne labora. Fac
 « memineris quod oporteat te cum Romanis quoque bellum
 « gerere. » Quum ista per somnium vidissem, surgebam eo
 animo ut in campum descenderem. Ubi vero me conspexerant,
 multitudo omnis Galilaeorum (erant autem in his
 mulieres et liberi) prostrata in faciem cum lacrimis suppli-
 cabant ne ipsos dederem in hostium potestatem, neve
 discederem regione ipsorum relicta expositaque inimicorum
 injuriis. Et quum precibus nihil proficerent, cogeabant me,
 adjuratione adhibita, apud se manere, jactabantque multa
 in populum Hierosolymitarum convicia, ut qui regionem
 suam pace et tranquillitate frui non sinerent.

43. Itaque quum ista audivissem, et vidissem populi mœ-
 stitiam, flectebar ad misericordiam, æquum esse existi-
 mans ut pro tanta multitudine non recusarem vel manife-
 stum adire discrimen. Itaque mansurum me annuebam :
 quumque jussissem quinque millia ex ipsis cum armis et
 comœtu ad me venire, ceteros domum quemque suam
 dimisi. Postquam vero mihi præsto erant quinque illa mil-
 lia, assumptis his et ter mille militibus quos mecum ha-
 bebam, et equitibus octoginta, recta contendebar ad vicum
 Chabolo in Ptolemaidis confiniis situm : atque ibi contine-
 bam exercitum, simulans mihi bellum gerendum esse con-
 tra Placidum. Is autem advenit cum duabus peditum
 cohortibus et ala una equitum, missus a Cestio Gallo, ut
 incenderet Galilaeorum vicos, qui proximi erant Ptolemai-
 di. Dumque ille ante Ptolemaensium urbem vallum ex-
 strueret, ipse etiam, quum stadiis circiter sexaginta a Cha-
 bolo abessem, castra metatus sum. Et sæpe quidem
 militem utrinque produximus, quasi prælio congressuri,
 sed non ultra velitationes processimus. Placidus enim,
 in quantum norat me modis omnibus agere ut pugnam ini-
 rem, præ metu prælium detrectabat : veruntamen a Ptole-
 maide non recessit.

44. Per idem autem tempus advenit Jonathas cum colle-
 gis, quem missum Hierosolymis diximus a factione Simo-
 nis et Anani pontificis, et insidias ad me capiendum inten-
 debat : non enim audebat aperto Marte me adoriri. Ad me
 vero hujusmodi epistolam scribit. « Jonathas et qui cum
 « eo missi sunt ab Hierosolymis Josepho S. Nos ab Hie-
 « rosolymitarum primoribus, qui audiverant Joannem
 « Gischalenum sæpe tibi insidias telendis, missi sumus,
 « ut illum increparemus, et in posterum facere admonere.
 « mus quicquid tu imperabis. Itaque quum nobis in animo
 « sit tecum deliberare de iis quæ in communem tibi nobis
 « cum utilitatem agenda sint, obsecramus ut ad nos ocus
 « non magno comitatu venias : neque enim vicus hic exci-
 « piendo est militum multitudinem. » Atque hæc scribe-
 bant, alterutrum exspectantes, aut fore ut me ad ipsos
 sine armis venientem in sua potestate haberent, aut ut
 multos mecum adducentem pro hoste condemnarent. Istas
 ad me literas deferens veniebat eques, juvenis alioqui au-
 daculus, qui olim sub rege stipendia meruerat. Erat au-

στρατεύσασθαι. Ἦν δ' ὥρα νυκτὸς ἡδὲ δευτέρα, καθ' ἣν ἐτύγχανον μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν Γαλιλαίας πρῶτων ἐστιώμενος. Οὗτος δὲ, προσαγγειλάντος οἰκέτου μοι ἦκειν τινα ἱππέα Ἰουδαῖον, εἰσκληθεὶς ἐμοῦ κελεύσαντος, ἥσπασατο μὲν οὐδ' ὄλωσ, τὴν δὲ ἐπιστολὴν προτείνας, « τούτῃ, εἶπεν, οἱ ἐξ Ἱερουσολύμων ἤκοντες πεπόμπασί σοι. Γράψε δὲ τάχιστα καὶ σύ » καὶ γὰρ ἐπείγομαι πρὸς αὐτοὺς ὑποστρέφειν. » Οἱ μὲν οὖν κατακείμενοι τὴν τοῦ στρατιώτου τολμᾶν

10 ἐθαύμασαν, ἐγὼ δὲ καθίζεσθαι παρεκάλουν καὶ συνδινεῖν ἡμῖν. Ἀρνησάμενου δὲ, τὴν μὲν ἐπιστολὴν μετὰ χεῖρας εἶγον ὡς ἐδεξάμην, πρὸς δὲ τοὺς φίλους περὶ πραγμάτων ἐτέρων τὴν διηλικίαν ἐποιούμην. Μετ' οὐ πολλὴν δὲ ὥραν ἐξαναστάς, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους

15 ἀπολύσας ἐπὶ κοίτην, τέσσαρας δέ μοι μόνων τῶν ἀναγκίων φίλων προσμείναι κελύσας, καὶ τῇ παιδί προστάξας οἶνον ἐτοιμάσαι, τὴν ἐπιστολὴν ἀναπτύξας μερῶν ἐμβλέποντος, καὶ αὐτῆς ταχὺ συνεῖς τὴν τῶν γεγραφότων ἐπίνοιαν, πάλιν αὐτὴν ἐσημνάμην. Καὶ

20 ὡς μὴ προανεγνωκώς, ἀλλὰ μετὰ χεῖρας αὐτὴν ἔχων, προσέταξα τῷ στρατιώτῃ δραχμὰς εἰκοσιν ἐρόδιον δοῦναι. Τοῦ δὲ λαβόντος καὶ χάριν ἔχειν φήσαντος, συνεῖς τὴν αἰσχροκερδίαν αὐτοῦ, καὶ ὡς ταύτῃ μάλιστ' ἐστὶν ἀλώσιμος, « ἀλλ' εἰ συμπεῖν ἡμῖν, ἔφη,

25 « θελήσεις, λήψαι κατὰ κύαθον δραχμὴν μίαν. » Ὁ δ' ἀσμένως ὑπήκουσεν, καὶ πολλὴν τὸν οἶνον προσφερόμενος ὑπὲρ τοῦ πλείον λαβεῖν ἀργύριον, καὶ μεθυθεὶς οὐκέτι τὰ ἀπόρρητα στέγειν ἐδύνατο, ἀλλ' ἔφραζεν οὐκ ἐρωτώμενος τὴν τε συνεσκευασμένην ἐπιβουλὴν καὶ ὡς

30 κατεψηφισμένος εἶην θάνατον παρ' αὐτοῖς. Ταῦτα ἀκούσας ἀντιγράφω τὸν τρόπον τούτων. « Ἰωσήπος » « Ἰωνάθῃ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ χαίρειν. Ἐρρομένους » « ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἦκειν πυθόμενος ἡδομαι, » « μάλιστα δ' ὅτι δυνήσομαι, παραδοὺς ὑμῖν τὴν τῶν

35 « ἐνθάδε πραγμάτων ἐπιμέλειαν, εἰς τὴν πατρίδα πορεύεσθαι » « τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι ποιεῖν ἤθελον. » « Ἐδεῖ μὲν οὖν μὴ μόνον εἰς Ξαλὼθ παραγενέσθαι με » « πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πόρρω, καὶ μηδὲ κελυσάντων. » « Συγγνώμης δὲ τυχεῖν ἀξιώ μὴ δυνάμενος τοῦτο

40 « ποιῆσαι. Παραφυλάσσω γὰρ ἐν Χαβωλὼ Πλάκι » « δον εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀναβῆναι δι' ἐννοίας ἔχοντα. » « Ἦκετε οὖν ὑμᾶς πρὸς με τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνόντες. » « Ἐρρωσθε. »

με'. Ταῦτα γράψας καὶ δοὺς τῷ στρατιώτῃ φέρειν,

45 συνεξέπεμψα τριάκοντα τῶν Γαλιλαίων δοκιμωτάτους, ὑποθέμενος αὐτοῖς ἀσπάζεσθαι μὲν ἐκείνους, ἕτερον δὲ μηδὲν λέγειν. Ἐταξα δὲ καθ' ἕκαστον αὐτῶν πιστῶν ὁπλιτῶν ἓνα παραφυλάσσοντα, μὴ τις τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπ' ἐμοῦ πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην διηλικίαν γένηται.

50 Καὶ οἱ μὲν ἐπορεύθησαν, οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωνάθην, τῆς πρώτης πείρας ἀμαρτάνοντες, ἐτέρων ἐπιστολὴν μοι τοιαύτην ἐπέμψαν. « Ἰωνάθης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ » « Ἰωσήφ χαίρειν. Παραγγέλλομέν σοι χωρὶς δ' » « πλιτῶν εἰς τρίτην παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς εἰς Γα-

tem hora noctis jam secunda, et tunc forte amicos et Galilaeorum primores convivio excipiebam. Hic sane, quum mihi nunciasset famulus adesse equitem quendam Judaeum, intro jussu meo vocatus, ne salutare quidem me dignatus est, sed porrecta epistola, hanc, « inquit, tibi miserunt legati » « ti Hierosolymitani. Scribe jam et tu quam celerrime : nam » « mihi necesse est reditum ad ipsos accelerare. » Et ti quidem qui accumbebant valde mirati sunt militis audaciam ; ego vero obsecrabam ut discumberet et nobiscum epularetur. Quum autem abnuisset, epistolam quidem, uti eam accepseram, manu tenebam, cum amicis vero aliis de rebus colloquebar. At non multo post quum surrexissem, et alios quidem cubitum dimissem, quattuor vero solum e necessariis meis et amicis manere hortatus essem, jussissemque puero ut vinum appararet, literis explicatis quum nemo animadverteret, statimque ex iis intellecto quid sibi velint, rursum illas obsignabam, et quasi nondum eas legissem, sed manibus adhuc tenens, praecepi ut drachmae viginti militi darentur in viaticum. Quas quum ille accepisset, sequi mihi gratias habere dixisset, inde conjiciens hominem lucri valde cupidum esse, quodque hac parte facillime expugnari posset, dicebam, si nobiscum potare volueris, in singulos cyathos drachmam accipies. Ille libenter dicto audiebat, multoque vino epoto, quo plus pecuniae auferret, tandemque ebrius factus, non amplius secreta tacere potuit ; sed nemine rogante narrabat insidias mihi structas, quodque ipsorum decreto morti essem addictus. Quibus auditis ad hunc modum rescipsi. « Josephus Jonathae » « ejusque collegis S. Audito vos bona cum valetudine in » « Galilaeam pervenisse, equidem laetor, idque maxime, » « quod, rerum in hac regione cura vobis commissa, liceat » « mihi in patriam reverti : hoc enim facere mihi jampridem in votis fuit. Et oportebat quidem me, ut vos » « convenirem, non solum in Xalothi proficisci, sed et longius, etiamsi a vobis non accerserer. Rogo tamen veniam mihi detis, quod non possim quod volui facere. » Nam apud Chabolo motus Placidi observo, in animo id » « habentis ut in Galilaeam ascendat. Vos igitur, quum hanc » « epistolam legeritis, ad me venite. Valet. »

45. Quum has literas scripsissem, militique, qui eas perferret, dedissem, misi cum eo triginta Galilaeorum spectatissimos, quibus jussi ut legatos salutarent quidem, nihil vero praeterea dicerent. Singulis autem horum adjuncti e militibus unum fidissimum, qui eos observaret an qui a me missi erant sermones sererent cum Jonatha ejusve sociis. Et illi quidem profecti sunt ; Jonathas vero sociique, ubi primum iis non successit tentamen, alteram mihi miserunt epistolam, hujusmodi verbis. « Jonathas ejusque collegae Josepho S. Tibi denunciamus mandamusque ut tertio » « abhinc die sine militibus venias ad nos in oppidum Gaba-

« ἡρώδης κόμην, ἵνα διακούσωμεν τῶν πρὸς Ἰωάννην
 « ἐγκλημάτων σοι γεγονότων. » Ταῦτα γράψαντες
 καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς Γαλιλαίους οὓς πέπομμεν, ἀφί-
 κοντο εἰς Ἰάφην κώμην μεγίστην οὖσαν τῶν ἐν τῇ Γα-
 5 λιλαιᾷ, ταίγῃσιν ὀχυρωτάτην καὶ πολλῶν οἰκητόρων
 μεστήν. Ἰπηντίαζεν δὲ τὸ πλῆθος αὐτοὺς μετὰ γυ-
 ναικῶν καὶ τέκνων, καὶ κατεβῶνιν κελεύοντες ἀπιέναι
 καὶ μὴ φθονεῖν αὐτοῖς ἀγαθοῦ τοῦ στρατηγοῦ. Παρη-
 10 ρεθίζοντο δὲ ταῖς φωναῖς οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην, καὶ φα-
 νεροῦν μὲν τὴν ὁργὴν οὐκ ἐτόλμων, οὐκ ἀξιώσαντες δ'
 αὐτοὺς ἀποκρίσεως, εἰς τὰς ἄλλας κώμας ἐπορεύοντο.
 Ὅμοιοι δ' ὑπήντων αὐτοῖς πᾶντων αἱ καταβολή-
 15 σεις, μεταπειθεῖν αὐτοὺς βούντων οὐδένα περὶ τοῦ μὴ
 στρατηγὸν εἶναι Ἰώσηπον. Ἀπρακτοὶ δὲ παρὰ τού-
 των ἀπελθόντες οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην, εἰς Σέπφωριν,
 μεγίστην τῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ πόλιν, ἀφικνούνται. Οἱ
 δ' ἐντεῦθεν ἄνθρωποι πρὸς Ῥωμαίους ταῖς γνώμας
 20 ἀποβλέποντες ἐκείνοις μὲν ὑπήντων, ἐμὲ δὲ οὔτε ἐπὶ
 οὔτε ἐβλάσφημον. Παρὰ δὲ Σεπφωριτῶν εἰς
 Ἀσوخίν καταβάντας, οἱ ἐντεῦθεν παραπήσιος τοῖς Ἰα-
 φηνοῖς κατεβῶνιν αὐτῶν. Οἱ δὲ τὴν ὁργὴν οὐκέτι κατα-
 σχόντες κελεύουσι τοῖς μετ' αὐτῶν ὀπλίταις τύπτειν
 25 ξυλοῖς τοὺς καταβῶντας. Κατὰ Γάβαρα δὲ γενομέ-
 νους ὑπαντίαζει μετὰ τρισχιλίων ὀπλιτῶν Ἰωάννης.
 25 Ἐγὼ δ' ἐκ τῆς ἐπιστολῆς ἤδη συνεῖς ὅτι διεγνώκασιν
 πρὸς με πολεμεῖν, ἀναστὰς ἀπὸ Χαβωλὼ μετὰ τρισχι-
 λίων ὀπλιτῶν, καταλιπὼν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸν πιστό-
 τατον τῶν φίλων, εἰς Ἰωτάπατα παρεγενόμην, πλησίον
 αὐτῶν εἶναι βουλόμενος ὅσων ἀπὸ τεσσαράκοντα στα-
 30 δίων καὶ γράψω πρὸς αὐτοὺς τάδε. « Εἰ πάντως με
 « πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν βούλσθε, διακόσιαι καὶ τέσσαρες
 « κατὰ τὴν Γαλιλαίαν εἰσὶ πόλεις καὶ κῶμαι τούτων
 « εἰς ἃν θελήσετε παραγενέσθαι χωρὶς Γαβάρων καὶ
 « Γισγάλων. Ἡ μὲν γὰρ πατρίς ἐστὶν Ἰωάννου, ἡ
 35 « δὲ σύμμαχος καὶ φίλη. »
 μς'. Ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ περὶ τὸν Ἰω-
 νάθην οὐκέτι μὲν ἀντιγράφουσιν, συνέδριον δὲ τῶν φί-
 λων καθιστάντες καὶ τὸν Ἰωάννην παραλαβόντες ἐβου-
 40 λεύοντο τίνα τρόπον ἐπιχειρήσωσι μοι. Καὶ Ἰωάννη
 μὲν ἰδὼκει γράφειν πρὸς πάσας τὰς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ
 πόλεις καὶ κώμας· εἶναι γὰρ ἐν ἐκάστῃ πάντως ἕνα
 γοῦν καὶ δεύτερον διάφορον ἐμοί, καὶ καλεῖν τούτους
 ὡς ἐπὶ πολέμιον. Πέμπειν δ' ἐκέλευε τὸ δόγμα τοῦτο
 καὶ εἰς τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, ἵνα κἀκεῖνοι
 45 γνόντες ὑπὸ τῶν Γαλιλαίων κεκρίσθαι με πολέμιον, καὶ
 αὐτοὶ ψηφίσωνται. Γενομένου γὰρ τούτου καὶ τοὺς
 εὖνως ἔχοντάς μοι Γαλιλαίους ἐγκαταλείψειν ἔφη φοβη-
 θέντας. Ταῦτα συμβουλευσάντος Ἰωάννου, πρόδρα καὶ
 τοῖς ἄλλοις ἤρεσε τὰ λεχθέντα. Περὶ δὲ ὥραν τῆς
 50 νυκτὸς τρίτην εἰς γῶσιν ἤκε μοι ταῦτα, Σαχχαίου τῶν
 σὺν αὐτοῖς τινος αὐτομολήσαντος πρὸς με καὶ τὴν ἐπι-
 χείρησιν αὐτῶν ἀπαγγέιλαντος. Οὐκέτι δὲ ἤδειν ὑπερ-
 τίθεσθαι τὸν καιρὸν· ἄξιον δὲ κρίνας Ἰάκωβον ὀπλί-
 τῃν τῶν περὶ ἐμὲ πιστῶν κελεύω διακοσίου ὀπλί-

« roth, ex te cognituros de criminationibus quæ Joanni
 « objecisti. » His scriptis et consalutatis Galilæis quos
 miseram, veniunt in Japham, vicum Galilææ maximum,
 mœnibus munitissimum, plenumque incolarum. Obviam
 autem eis prodiit universa multitudo virorum cum uxoribus
 et liberis, et sublato clamore jubebant eos discedere, et
 duce bonum ipsis non invidere. Ista vociferatione valde
 irritati erant Jonathas ejusque collegæ; et iram quidem
 patefacere non audebant, illos vero nullo dignati responso,
 alios adibant vicos. Clamore autem non dissimili ab omni-
 bus excipiebantur, vociferantibus neminem posse ipsos a
 sententia dimovere Josephum pro duce habendi. Jonathas
 igitur ejusque collegæ re infecta illinc discedentes Seppho-
 rim se recipiunt, urbem omnium in Galilæa maximam.
 Istius autem loci homines, animis in Romanos propenden-
 tes, illis quidem obviam ibant, de me vero nihil dicebant,
 neque in laudem neque in vituperium. At quum a Seppho-
 ritis in Asochin descendissent, ejus incolæ similiter ac
 Japheni clamoribus eos excipiebant. Illi vero, utpote qui
 iram non amplius cohibendo erant, jubent suos milites
 fustibus eos cædere qui adversus ipsos inclamarent. At
 postquam Gabara venerant, Joannes illis occurrit cum tri-
 bus militum millibus. Proinde ego, qui jam ex literis
 præsenſeram quod mihi bellum inferre decreverint, Cha-
 bolo digressus cum tribus militum millibus, relictoque in
 castris amicorum fidissimo, Jotapata me conferebam, ut
 qui ab illis longius quadraginta stadiis abesse nollem : scri-
 psique eis in hunc modum. « Si omnino me conventum
 « esse expetitis, in Galilæa urbes sunt vicique quattuor et
 « ducenti : horum in quemcunque, prout vos statueritis,
 « ipse veniam, præter Gabara et Gischala. Nam hæc
 « quidem civitas patrias est Joanni, illa vero socia et
 « amica. »

46. Quum istas literas accepissent Jonathas ejusque col-
 legæ, non amplius ad me rescribunt : sed convocato ami-
 corum concilio et in id adhibito Joanne, consultabant quo
 modo me possent aggredi. Et Joanni quidem videbatur
 scribi oportere ad omnes in Galilæa urbes vicosque : esse
 enim omnino in singulis unum et alterum in diversum a
 me abeuntes, illosque vocandos esse tanquam adversus
 hostem. Atque decretum hoc mittendum esse jubebat etiam
 in Hierosolymitarum urbem, ut quum et illis cognitum esset
 me a Galilæis haberi pro hoste, idem et ipsi confirmatum
 irent. Quod si fieret, fore aiebat ut Galilæi, quotquot be-
 nevolis uter, perterriti me desererent. Quum ita eis con-
 sultuisset Joannes, valde ceteris placuere quæ dicebat.
 Ceterum sub horam noctis tertiam ista mihi innouerunt,
 beneficio Sacchæi ejusdam, qui cum illis erat, et ad me
 transfugit, et quid molirentur renunciavit. Noveram autem
 non amplius cunctandum esse. Itaque quum virum ido-
 neum existimasset Jacobum, e fidis qui circa me erant
 militibus jubeo ut ducentis assumptis exitus omnes e

τας λαβόντα φρουρεῖν τὰς ἀπὸ Γαβάρων εἰς τὴν Γαλι-
 λαιαν ἐξόδους, καὶ τοὺς παρίοντας συλλαμβάνοντα πρὸς
 ἐμὲ πέμπειν, μάλιστα δὲ τοὺς μετὰ γραμμάτων ἀλι-
 σκομένους. Ἰερεμίαν δὲ καὶ αὐτὸν ἐκ τῶν φίλων μου
 5 μετὰ ἑξακοσίων ὀπλιτῶν εἰς τὴν μεθόριον τῆς Γαλιλαίας
 ἐπέμψα, τὰς ἀπὸ ταύτης εἰς τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν
 ἐδοὺς παραφυλάσσοντα, πρόσταγμα δοὺς καὶ κείνῳ τοὺς
 μετ' ἐπιστολῶν ὀδεύοντας συλλαμβάνειν, καὶ τοὺς μὲν
 ἄνδρας ἐν δεσμοῖς ἐπὶ τόπου φυλάττειν, τὰ δὲ γράμματα
 10 πρὸς ἐμὲ διαπέμπειν.

μ'. Ταῦτα τοῖς πεμπτομένοις ἐντειλάμενος Γαλιλαίοις
 διηγγεῖλα κελεύων εἰς τὴν ἐπιούσαν ἀναλαβόντας τὰ
 ὅπλα καὶ τριῶν ἡμερῶν τροφὴν εἰς Γαβαρὼθ κώμην
 παραγενέσθαι πρὸς με. Τῶν δὲ περὶ ἐμὲ ὀπλιτῶν
 15 μοίρας τέτταρας νεύμας, τοὺς πιστοτάτους αὐτῶν περὶ
 τὴν τοῦ σώματος φυλακὴν ἔταξα, ταξιάρχους αὐτοῖς
 ἐπιστήσας, καὶ φροντίζειν κελεύσας ὑπὲρ τοῦ μηδένα
 στρατιώτην ἀγνωστον αὐτοῖς συναναμίγνυσθαι. Τῇ δ'
 ἐπιούσῃ περὶ πέμπτην ὥραν ἐν Γαβαρὼθ γενόμενος
 20 εὐρίσκω πᾶν τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς κώμης ὀπλιτῶν πλη-
 ρες, τῶν ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὴν συμμαχίαν παρόν-
 των, ὡς αὐτοῖς παρηγγέλλειν· πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἐκ
 τῶν κωμῶν ὄχλος συνέτρεχεν. Ἐπεὶ δὲ καταστάς εἰς
 αὐτοὺς λέγειν ἤρξάμην, ἐβόων ἅπαντες εὐεργέτην καὶ
 25 σωτήρα τῆς χώρας αὐτῶν καλοῦντες. Καὶ γὰρ χάριν
 αὐτοῖς ἔχουν ὁμολογῆσας συνεβοούλευον πρὸς μηδένα
 μήτε πολεμεῖν μήτε ἀρπαγῇ λαμβάνειν τὰς χώρας,
 ἀλλὰ σκηνοῦν κατὰ τὸ πεδίον ἀρχουμένους τοῖς ἑαυτῶν
 ἐφοδοῖς· θέλειν γὰρ ἔφασκον τὰς παραχῆς χωρὶς φόνον
 30 καταστεῖλαι. Συνέθη δὲ αὐθημερὸν εἰς τὰς ὑπ' ἐμοῦ
 κατασταθείσας τῶν δῶδων φυλακὰς τοὺς παρὰ τοῦ Ἰωνά-
 θου πεμθθέντας μετὰ τῶν ἐπιστολῶν ἔμπεισεῖν. Καὶ
 οἱ μὲν ἄνδρες ἐφυλάχθησαν ἐπὶ τῶν τόπων, ὡς παρηγ-
 γείλα, τοῖς δὲ γράμμασιν ἐντυγνὼν πληρεσι βλασφημιῶν
 35 καὶ ψευσμάτων, οὐδενὶ ταῦτα φράσας, ὁρμᾶν ἐπ' αὐτοὺς
 διενερούμην.

μη'. Ἀκούσαντες δὲ οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην περὶ τῆς
 ἐμῆς ἀφίξεως, τοὺς ἰδίους πάντας ἀναλαβόντες καὶ τὸν
 Ἰωνάνην, ὑπεχώρησαν εἰς τὴν Ἰησοῦ οἰκίαν· βᾶρις
 40 δ' ἦν αὕτη μεγάλη καὶ οὐδὲν ἀκροπόλεως ἀποδέουσα.
 Κρύψαντες οὖν λόχον ὀπλιτῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὰς ἄλλας
 ἀποκλείσαντες θύρας, μίαν δὲ ἀνοίξαντες, προσεδόκων
 ἤκειν ἐκ τῆς δόδου με πρὸς αὐτοὺς ἀσπασόμενον. Καὶ
 δὴ διδάσιν ἐντολὰς τοῖς ὀπλίταις, ἐπειδὴν παραγένωμαι
 45 μόνον εἰσελθεῖν ἄσσει, τοὺς ἄλλους ἀπειρξάντας· οὐ-
 τω γὰρ ὦντό με γενήσεσθαι ραδίως αὐτοῖς ὑποχεί-
 ριον. Ἐψεύσαντο δὲ τῆς ἐλπίδος. Ἐγὼ γὰρ τὴν
 ἐπιβουλὴν προαισθόμενος, ὡς ἐκ τῆς δόδου παρεγενόμεν, κα-
 ταλῦσας ἀντίκρυ αὐτῶν καθεύδειν ἐσκηπτόμην. Καὶ
 50 οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην, ὑπολαμβάνοντες ὄντως ἀναπαύ-
 σθαι με καθυπνωμένον, ὤρμησαν καταβάντες εἰς τὸ
 πεδίον μεταπεῖδιν αὐτοὺς ὡς ἐμοῦ κακῶς στρατηγού-
 ντος. Τάνατρία δὲ αὐτοῖς συνέπεσεν. Ὁφθέντων γὰρ
 εὐθὺς ἐγένετο βοή παρὰ τῶν Γαλιλαίων, πρὸς ἐμὲ τὸν

Gabaris in Galilæam custodiret, et quotquot præter-
 irent comprehensos ad me mitteret, eosque inprimis qui
 cum literis caperentur. Ac Jeremiam, et ipsum ex ami-
 cis meis, cum sexcentis militibus misi in confinia Gali-
 lææ, qui vias inde in Hierosolymitarum urbem ducentes
 caute observaret, dato illi in mandatis, ut iter facientes
 cum literis corripere, hominesque in vincula coniectos
 istic loci in custodia teneret, literas vero ad me deferendas
 curaret.

47. Ista quum iis, qui missi erant, imperassem, Galilæas
 per nuncios edixi ut in crastinum cum armis et trium die-
 rum cibariis mihi ad Gabaroth vicum præsto essent. Illis
 vero, quos circa me habebam, militibus in tres cohortes
 divisus, fidissimos illorum in corporis custodiam adhibui,
 et centuriones eis præfeci, qui jussi erant sedulo curare ne
 quem militem ignotum suis immisceri sinerent. Postridie
 autem ejus diei, circiter horam quartam, quum essem in
 vico Gabaroth, invenio campum omnem ante oppidum a
 militibus occupatum, qui a Galilæa mihi in auxilium ade-
 rant, sicuti eis præceperam : et præter hos ingens multitudo
 e vicis eo confluxerat. Postquam vero in medium surrexi,
 verba illis facturus, clamorem omnes sustulerunt, benefa-
 ctorem appellantes me et regionis suæ servatorem. Tum
 ego, me gratiam illis habere professus, consilium dedi ut
 nec quenquam pugna lacecerent, nec vi invaderent regio-
 nes, sed in agris tentoria figerent, contenti suis stipendiis :
 nam mihi in animo esse dicebam omnem tumultum absque
 cæde componere. Accidit autem ut qui ab Jonatha missi
 erant cum literis, eodem die in viarum custodias inciderent,
 quæ a me constitutæ erant. Et viri quidem, prout jusse-
 ram, istic locorum tenebantur ; literis vero perlectis, quæ
 calumniis plenæ erant et mendaciis, mecum statuebam, ne
 verbo quidem cuiquam facto, ad eos aggrediendum prope-
 rare.

48. At Jonathas ejusque collegæ, quum de adventu meo
 nonnihil acceperant, cum omnibus suis et Joanne se re-
 ceperunt in domum Jesu : quæ turris erat magna, et nihil
 ab arce differens. Itaque quum in eam militum cohortem
 abdidissent, unamque januam aperuissent reliquis occlusis,
 expectabant me ad ipsos salutandum ex itinere venturum.
 Adeoque militibus præcipiunt ut me, simul atque adfuermi,
 solum ingredi sinerent, ceteris repulsis : sic enim putabant
 me facile posse in ipsorum potestatem redigi. Verum spe
 sua falsi sunt : nam ego, qui insidias præsenferam, quum
 primum e via pervenissem, et in devorsorium illis ex ad-
 verso situm me recepissem, dormitum ire simulabam. At-
 que Jonathas suique, existimantes me somno oppressum
 requiescere, facto in campum descensu, tentaverunt eos ad se
 pertrahere, quasi male ducis officio fungerer. Verum res
 longe aliter cecidit. Nam ad primum illorum conspectum
 Galilæi clamorem ediderunt, plane sua erga me ducem be-

στρατηγὸν εὐνοίας ἀξία· κατὰ μεμψίν τε ἐποιοῦντο τῶν
περὶ τὸν Ἰωνάθην, ὅτι πάρεσιν, οὐδὲν μὲν αὐτοὶ κακὸν
προπεπονθότες, ἀνατρέφοντες δὲ τὰ ἐκείνων πράγματα·
καὶ παρεκελεύοντο ἀπιέναι· μὴ γὰρ ἂν ποτε μετα-
5 πεισθῇναι προστάτην ἑτερον ἂντ' ἐμοῦ λαβεῖν. Τούτων
ἀπαγγελλέντων μοι προελθεῖν εἰς μέσους οὐκ ὤκνησα.
Κατέβαινον οὖν εὐθέως αὐτὸς τί λέγουσιν οἱ περὶ τὸν
Ἰωνάθην ἀκουσόμενος. Προελθόντος δέ μου κρότος
παρὰ παντός τοῦ πλήθους εὐθὺς ἦν, καὶ μετ' εὐφημιῶν
10 ἐπιδοῆσεις χάριν ἔχιν ὁμολογούντων τῇ ἐμῇ στρατηγίᾳ.
μὲν. Ταῦτα δ' οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην ἀκούοντες ἐφο-
βήθησαν μὴ καὶ κινδυνεύσωσιν ἀποθανεῖν, ἐπ' αὐτοὺς
ὁρμησάντων τῶν Γαλιλαίων κατὰ τὴν πρὸς ἐμὲ χάριν.
Δρασμὸν οὖν ἐπενόουν. Μὴ δυνήντες δὲ ἀπελθεῖν,
15 (προσμεῖναι γὰρ αὐτοὺς ἤξιωσα,) κατήφησαν ἐκστησά-
μενοι τῷ λόγῳ. Προστάξας οὖν τῷ μὲν πλῆθει τὰς
εὐφημίας πάντας ἐπισχεῖν, καὶ τῶν ὀπιλιῶν τοὺς πι-
στοτάτους ταῖς ὁδοῖς ἐπιστήσας, ὑπὲρ τοῦ φρουρεῖν μὴ
ἀπροσδοκῆτως ἡμῖν ὁ Ἰωάννης ἐπιπέσῃ, παραινέσας δὲ
20 καὶ τοῖς Γαλιλαίοις ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, μὴ πρὸς τὴν
ἐφοδὸν τῶν πολεμίων, ἐὰν γένηται τις αἰφνίδιος, τα-
ραχθῶσιν, πρῶτον τῆς ἐπιστολῆς τοὺς περὶ τὸν Ἰωνά-
θην ὑπεμνήνησκον, ὃν τρόπον γράφειαν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ
τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πεπεμφθαι, διαλύσόντες μοι τὰς
25 πρὸς τὸν Ἰωάννην φιλονεικίας, ὥς παρακαλέσειάν με
πρὸς αὐτοὺς ἀρκεσθαι. Καὶ ταῦτα διεξιὼν τὴν ἐπι-
στολὴν εἰς μέσους προὔτεινον, ἵνα μηδὲν ἀρνήσασθαι
δυνθῶσιν, ἐλεγχόντων αὐτοὺς τῶν γραμμάτων. « Καὶ
« μὴν, ἔφην, Ἰωνάθῃ ὑμεῖς τε ὁ συμπρέσβεις, εἰ
30 « πρὸς Ἰωάννην κρινόμενος, ὑπὲρ τοῦ παραστήσαι τὸν
« ἑμαυτοῦ βίον, δύο τινὰς ἢ τρεῖς μάρτυρας καλοὺς
« ἀγαθοὺς ἡγαγον, ὅλην ὡς ἀνάγκη ἂν εἴχετε, προεξ-
« ἐτάσαντες καὶ τοὺς τούτων βίους, ἀπαλλάξαι με τῶν
« ἐγκλημάτων. Ἰν' οὖν γινώτε καλῶς πεπρᾶχθαι μοι
35 « τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν, τρεῖς μὲν μάρτυρας ὀλίγους
« εἶναι νομίζω τῷ καλῶς βεβιωκῶτι· τούτους δὲ πάντας
« ἑμῖν δίδωμι. Παρὰ τούτων οὖν πύθεσθε τίνα τρό-
« πον ἐβίωσα, εἰ μετὰ πάσης σεμνότητος καὶ πάσης δὲ
« ἀρετῆς ἐνθάδε πεπολίτευμαι. Καὶ δὴ ὀρκίζω ὑμᾶς,
40 « ὦ Γαλιλαῖοι, μηδὲν ἐπικρύψασθαι τῆς ἀληθείας, λέ-
« γειν δ' ἐπὶ τούτων, ὥς δικαστῶν, εἴ τι μὴ καλῶς πέ-
« πρακται. »

ν'. Γαῦτ' ἔτι λέγοντός μου, κοιναὶ παρὰ πάντων ἐ-
γίνοντο φωναί, χαλούντων εὐεργέτην με καὶ σωτῆρα.
45 Καὶ περὶ μὲν τῶν πεπραγμένων ἐμαρτύρουν, περὶ δὲ
τῶν πράχθησόντων παρεκάλουν. Πάντες δ' ὡμνουν
ἀνυβρίστους μὲν ἔχειν τὰς γυναῖκας, λελυπησθαι δὲ μη-
δέποτε μηδένα ὑπ' ἐμοῦ. Μετὰ τοῦτο δύο τῶν ἐπιστο-
λῶν ἅς οἱ κατασταθέντες ὑπ' ἐμοῦ φρουροὶ, πεμφθεῖσας
50 ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἰωνάθην ἐλόντες, ἀπεστάλκεισαν
πρὸς ἐμὲ παρανεγνίσκων τοῖς Γαλιλαίοις, πολλῶν
βλασφημιῶν πλήρεις καὶ καταψευδομένας ὅτι τυραννίδι
μᾶλλον ἢ στρατηγίᾳ χρῶμαι κατ' αὐτῶν. ἑτέρα τε
πολλὰ πρὸς τούτοις ἐνεγέγραπτο μηδὲν παραλείπόντων

JOSEPHUS. I.

nevolentia dignum : et Jonatham ejusque collegas incusa-
bant, quod adessent, nulla quidem ipsi lacessiti injuria,
res vero ipsorum funditus eversuri : eosque ad discedendum
hortabantur : nunquam enim se eo adduci posse ut alium
pro me acciperent qui ipsis praesent. His mihi renunciatis,
nihil quicquam dubitavi in medium prodire. Itaque conti-
nuo ipse descendebar, auditurus quid Jonathas ejusque
collegae dicerent. Mihi autem in publicum progresso statim
a populo universo applausum est, laetisque acclamationibus
me praedicarunt, gratias se habere fatentes meo ductui et
imperio.

49. Quum autem ista audirent Jonathas et qui cum eo
erant, valde timuerunt ne mortis discrimen adirent, facto
in eos a Galilaeis impetu mei in gratiam. Itaque de fuga
cogitabant. Verum quum abire non potuissent, (postulavi
enim ab ipsis ut manerent,) caesti vultuque demisso stabant
verbis meis attoniti. Itaque quum multitudini quidem im-
perassem ut mihi adeo acclamare omnino desinerent, et
militum fidissimos viis ad eas custodiendas praefecissem,
ne nos inopinantes Joannes adoriretur, Galilaeos vero etiam
in armis esse admonuissem, ne ad hostium incursum, si
quis derepente fieret, turbarentur; primo Jonatham ejusque
collegas commonefaciebam epistolae, quemadmodum ad me
scripserint, missos se a communi Hierosolymitarum ad
contentiones quae mihi cum Joanne erant finiendas, et ut
me obsecraverint ipsos convenire. Hisque commemoratis,
epistolam coram ipsis proferebam, ne quid infitiri possent,
dum literis ipsos coarguerem. « Atqui, dicebam, o Jona-
« tha vosque ejus collegae, si mihi cum Joanne contendenti
« reddenda esset vitae meae ratio, adductis pro me duobus
« tribusve testibus qui viri essent probi et honesti, procul
« dubio necesse fuisset, facta in illorum vitas inquisitione,
« ab intentato crimine me absolvi. Ut igitur sciatis bene
« a me administratas esse res Galilaeae, tres quidem testes
« paucos esse arbitror ei qui vitam recte instituerit; hos
« vero universos vobis exhibeo sistoque. Itaque ab his
« vitae meae rationem poscite, annon cum omni honestate
« atque etiam virtute omni hic versatus fuerim. Et vos
« sane cunctos, o Galilaei, adjuro ne quid veri occultetis
« aut dissimuletis, sed coram his tanquam iudicibus dica-
« tis, si quid minus recte factum fuerit. »

50. Vix ista loquutus sum, quum una omnium vox exori-
tur, benefactorem me suum et servatorem appellantium.
Et anteactis quidem testimonium perhibebant, in agendis
vero adhortabantur. Affirmabant etiam omnes jurejurando
se uxorum quidem pudicitiam salvam habere, neminem
vero unquam a me dolore injuriave affectum. Deinde epi-
stolas duas ab Jonatha ejusque collegis datas, quas custodes
a me constituti interceptas mihi miserant, praelegebam Ga-
lilaeis, perquam plenas maledictis, meque falso insimulantes,
quod pro tyranno potius quam duce apud ipsos me gererem;
insuper et alia multa in iis perscripta erant, illis nihil iuen-

ἀναισχύντου ψευδολογίας. Ἐφην δ' ἐγὼ πρὸς τὸ πλῆθος τὰ γράμματα λαβεῖν, δόντων ἑκουσίως τῶν κομιζόντων· οὐ γὰρ ἐβουλόμην αὐτοὺς τὰ περὶ τὰς φρουρὰς τοὺς ἐναντίους εἰδέναι, μὴ δέισαντες τοῦ γράφειν ἀποστοῶσιν.

να'. Ταῦτα ἀκούσαν τὸ πλῆθος σφόδρα παροξυνθέν ἐπὶ τὸν Ἰωνάθην ὄρμα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ συμπαρόντας, ὡς διαφθεροῦντες. Κἂν ἐπεπράχρισαν τὸ ἔργον, εἰ μὴ τοὺς μὲν Γαλιλαίους ἔπαυσα τῆς ὀργῆς, τοῖς περὶ τὸν Ἰωνάθην δ' ἔφην συγγινώσκειν τῶν ἤδη πεπραγμένων, εἰ μέλλοιεν μετανοήσκειν καὶ πορευθέντες εἰς τὴν πατρίδα λέγοιεν τοῖς πέμψασι τάληθ' ἐπὶ τῶν ἐμοὶ πεπολιτευμένων. Ταῦτ' εἰπὼν ἀπέλυον αὐτοὺς, καίτοι γινώσκων ὅτι μηδὲν ὦν ὑπέσχηντο ποιήσουσιν. Τὸ πλῆθος δὲ εἰς ὀργὴν ἐξεκαίετο κατ' αὐτῶν, κάμπε παρακάλουν ἐπιτρέπειν αὐτοῖς τιμωρήσασθαι τοὺς τοιαῦτα τολμήσαντας. Παντοῖος μὲν οὖν ἐγενόμην πείθων αὐτοὺς φείσασθαι τῶν ἀνδρῶν· πᾶσαν γὰρ ᾗδον στάσιν ὀλεθρον οὖσαν τοῦ κοινῇ συμφέροντος. Τὸ δὲ πλῆθος ἔσχε τὴν κατ' αὐτῶν ὀργὴν ἀμετάβλητον, καὶ πάντες ὄρμησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ἐν ἧ κατέλυον οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην. Ἐγὼ δὲ, συνωρῶν τὴν ὁρμὴν οὖσαν αὐτῶν ἀνεπίσχετον, ἀναπηδῆσας ἐφ' ἵππον ἐκέλευσα τοῖς πλῆθεσι πρὸς Σωγάνην κώμην ἔπεσθαι, Γαβάρων ἀπέχουσαν εἴκοσι στάδια.

Καὶ τοιοῦτω στρατηγίᾳ χρησάμενος παρέσχον ἑμαυτῷ τὸ μὴ δοκεῖν ἐμφυλίου πολέμου κατάρχειν.

vb'. Ἐπεὶ δὲ περὶ τοὺς Σωγανέας ἐγενόμην, ἐπιστήσας τὸ πλῆθος, καὶ παραινέσει χρησάμενος περὶ τοῦ μὴ πρὸς τὰς ὀργὰς καὶ ταῦτ' ἐπ' ἀνηκέστοις τιμωρίαις ὀξέως φέρεσθαι, κελεύω τοὺς καθ' ἡλικίαν ἤδη προβεβηκότας καὶ πρώτους παρ' αὐτοῖς ἑκπὼν ἄνδρας, ὡς πορευομένους εἰς τὴν Ἱερουσαλιμαίων πόλιν εὐτρεπίζεσθαι, μέμψιν ποιησομένους ἐπὶ τοῦ δήμου τῶν τὴν χώραν διαστασιαζόντων· « καὶ ἂν ἐπικλασθῶσιν, ἔφην, πρὸς τοὺς λόγους ὑμῶν, παρακαλέσετε τὸ κοινὸν γράψαι περὶ ἐμὲ, μένειν κελεύοντας ἐπὶ τῇ Γαλιλαίᾳ, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἰωνάθην ἀναχωρεῖν ἐκεῖθεν. » Ταύτας αὐτοῖς τὰς ὑποθήκας δοὺς, ἐναρμοσαμένων τε ταχέως ἐκείνων, ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἀποστολὴν ἐποιήσαμην, συμπέμψας ὀπλίτας πεντακοσίους. Ἐγραψα δὲ καὶ τοῖς ἐν Σαμαρείᾳ φίλοις προνοήσασθαι τοῦ ἀσφαλῆ γενέσθαι τὴν πορείαν αὐτοῖς· ἥδη γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἦν ἡ Σαμαρεία, καὶ πάντας εἶδει τοὺς ταχὺ βουλομένους ἀπελθεῖν δι' ἐκείνης πορεύεσθαι· τρισὶ γὰρ ἡμέραις ἀπὸ Γαλιλαίας ἐνεστὶν οὕτως εἰς Ἱεροσόλυμα καταλῦσαι. Συμπάρπεμψα δὲ τοὺς πρέσβεις καὶ γὰρ μέχρι τῶν τῆς Γαλιλαίας ὁρων, φύλακας ἐπιστήσας ταῖς ὁδοῖς, ὑπὲρ τοῦ μὴ ῥαδίως τινὰ μαθεῖν ἀπαλλατομένους. Καὶ ταῦτα πράξας ἐν Ἰάφοις τὴν διατριβὴν ἐποιούμην.

vy'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωνάθην, διαμαρτάνοντες τῆς κατ' ἐμοῦ πράξεως, Ἰωάννην ἀπέλυσαν εἰς τὰ Γίσχαλα, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν Τιβεριάνην πόλιν πεπόρευντο λήψεσθαι προσδοκῶντες αὐτὴν ὑποχεῖριον, ἐπειδὴ καὶ Ἰησοῦς,

dacii impudenter confictum omittentibus. Sed multitudini dicebam me literas accepisse a perferentibus, qui non inviti eas mihi dederint: quippe nolebam adversarios quidquam resciscere de custodiis, ne præ metu literas scribere desinerent.

51. Quum ista audivisset multitudo, exasperati gestiebant in Jonatham et qui cum eo aderant impetum facere, quasi interfectori. Atque id sane perfectissent, nisi Galilæos quidem furentes cohibuissem, Jonathæ vero ejusque collegis dixissem me illis ignoscere quæ jam ante gesserint, si modo resipiscere, et profecti in patriam his a quibus missi erant vera referrent de rebus a me administratis. His dictis eos dimittebam, quamvis scirem nihil esse facturos eorum quæ pollicebantur. At multitudo contra eos in iram accendebatur, meque obsecrabant ut ipsis permitterem de illis qui talia ausi fuerint pœnas sumere. Verum ego summopere adnitebar, quo eis persuaderem, istis ut parcerent hominibus: probe enim noveram omnem seditionem bono publico in perniciem cedere. At multitudo immobilis perstabat in sua contra eos iracundia, unoque impetu omnes in domum ferebantur, in qua Jonathas ejusque collegæ diversabantur. Ego vero, quum conspicerem impetum illorum cohiberi non posse, in equum insiliens, jussi multitudinem me sequi ad Soganam usque vicum, a Gabaris viginti stadiis distantem. Atque ejusmodi usus strategemate hoc mihi met præstebam, ut pro belli civis auctore nequaquam habear.

52. Postquam autem propius ad Soganenses accesseram, quum multitudinem stitissem, eosque admonissem ne ad irascendum et gravissimas pœnas ocius ferrentur, jubeo centum ætate proveciores et dignitate præstantes se parare, ut qui in Hierosolymitarum urbem profecturi essent, et querelam apud populum habituri adversus eos qui in regione seditionem moverent: illisque dicebam, « si contigerit eos « flecti oratione vestra, a communi Hierosolymorum efflagitate ut literas ad me dent, jubentes memet in Galilæa « manere, et Jonatham ejusque collegas inde discedere. » Quum ista illis suggessissem mandassemque, illique statim se ad profectionem instruxissent, tertio post habitam concionem die eos in legationem misi, unaque cum eis milites quingentos. Etiam amicis Samariæ scripsi, darent operam ut legati per eorum agrum tuto iter facerent: tum enim Romanorum in potestate erat Samaria; et omnino necesse erat volentibus celeriter Hierosolyma proficisci per eam transire: sic enim tribus diebus a Galilæa Hierosolyma pervenitur. Præterea ipse legatos deduxi ad fines usque Galilææ, custodes qui viis præessent constituens, ne quis facile legatos discessisse rescisceret. Quumque ista perfectissem, apud Japha morabar.

53. Jonathas autem ejusque collegæ, quum frustrati essent in iis quæ contra me moliti sunt, Joannem Gischala remiserunt; ipsi vero in urbem Tiberiadem profecti sunt, spei pleni fore ut eam in suam potestatem redigerent: quando-

δ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐκείνων ἄρχων, ἐγεγράφει πρὸς αὐτοὺς, πείσειν ἐπαγγελλόμενος τὸ πλῆθος ἐλθόντας ὑποδέχασθαι καὶ αὐτοῖς ἐλέσθαι προστεθῆναι. Ἐκείνοι μὲν ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ἀπῆλθον. Ἀπαγγέλλει δέ μοι ταῦτα Σίλας διὰ γραμμάτων, ὃν ἔφην τῆς Τιβεριάδος ἐπιμελητὴν καταλελοιπέναι, καὶ σπεύδειν ἡξίου. Καγὼ, ταχέως ὑπακούσας αὐτῷ καὶ παραγενόμενος, εἰς κίνδυνον ἀπωλείας κατέστην ἐξ αἰτίας τῆς ταύτης. Οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην γενόμενοι παρὰ τοῖς Τιβεριεῦσι, καὶ πολλοὺς πείσαντες ἀποστῆναι μου διαφόρους ὄντας, ὥς ἤκουσαν τὴν ἐμὴν παρουσίαν, δέισαντες περὶ αὐτῶν ἦκον πρὸς ἐμέ. Καὶ ἀσπασάμενοι μακαρίζουν ἐλεγον οὕτω περὶ τὴν Γαλιλαίαν ἀναστραφέντα, συνήδεσθαι τε διὰ τιμῆς ἀγομένῳ κόσμον γὰρ αὐτῶν εἶναι τὴν ἐμὴν ὅσαν ἔφασαν, ὥς ἂν διδασκάλων τ' ἐμοῦ γενομένων καὶ πολιτῶν. Δικαιοτέραν τε τῆς Ἰωάννου τὴν ἐμὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν ὑπάρχειν ἐλεγον, καὶ σπεύδειν μὲν εἰς τὴν οἰκίαν ἀπελθεῖν, περιμένειν δὲ ἕως ὑποχείριον τὸν Ἰωάννην ἐμοὶ ποιήσωσιν. Καὶ ταῦτα λέγοντες ἐπώμωσαν τοὺς φρικωδεστάτους ὄρκους παρ' ἡμῖν, δι' οὓς ἀπιστεῖν οὐ θεμιτὸν ἡγούμεν. Καὶ δὴ παρακαλοῦσά με τὴν κατάλυσιν ἀλλαχοῦ ποιήσασθαι, διὰ τὸ τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν εἶναι σάββατον ὀχλεῖσθαι δὲ μὴ δεῖν ὑπ' αὐτῶν τὴν πόλιν τῶν Τιβεριέων ἐφρα-
95 σκον.

νδ'. Καγὼ μηδὲν ὑπονοήσας, ἐς τὰς Ταριχαίας ἀπῆλθον, καταλιπὼν ὅμως ἐν τῇ πόλει τοὺς πολυπραγμονήσοντας εἴ τι περὶ ἡμῶν λέγοιτο. Διὰ πάσης δὲ τῆς ὁδοῦ, τῆς ἀπὸ Ταριχαίων εἰς Τιβεριάδα φερούσης, ἐπέστησα πολλοὺς, ἵνα μοι δι' ἑλλήλων σημῆνωσιν ἅπερ ἂν παρὰ τῶν ἐν τῇ πόλει καταλειφθέντων πυθάνωνται. Κατὰ τὴν ἐπιούσαν οὖν ἡμέραν συνάγονται πάντες εἰς τὴν προσευχὴν, μέγιστον ὄχημα πολλὴν ὄχλον ἐπιδέξασθαι δυνάμενον. Εἰσελθὼν δὲ ὁ Ἰωνάθης φανερώς μὲν περὶ τῆς ἀποστάσεως οὐκ ἐτόλμα λέγειν, ἔφη δὲ στρατηγοῦ κρείττονος χρεῖαν τὴν πόλιν αὐτῶν ἔχειν. Ἰησοῦς δ' ἄρχων οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἀναφανδὸν εἶπεν, « ἄμεινόν ἐστιν, ὦ πολῖται, τέσσαρσιν ἡμῶς ἀνδράσιν « ὑπακούειν ἢ ἐνί, καὶ κατὰ γένος λαμποῖς καὶ κατὰ
120 « σύνεσιν οὐκ ἀδόξοις. » Ὑπεδείκνυε δὲ τοὺς περὶ Ἰωνάθην. Ταῦτ' εἰπόντα τὸν Ἰησοῦν ἐπήνει παρελθὼν Ἰούστος, καὶ τινὰς ἐκ τοῦ δήμου συνέπειθεν. Οὐκ ἠρέσκετο δὲ τοῖς λεχθεῖσι τὸ πλῆθος, καὶ πάντως ἂν εἰς στάσιν ἐχώρησαν, εἰ μὴ τὴν σύνοδον διελυσεν ἐπελ-
45 θούσα ἐκτὴ ὥρα, καθ' ἣν τοῖς σάββασιν ἀριστοποιεῖσθαι νόμιμόν ἐστιν ἡμῖν. Καὶ οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην, εἰς τὴν ἐπιούσαν ὑπερβέμενοι τὴν βουλὴν, ἀπήεσαν ἀπρακτοί. Εὐθὺς δέ μοι τούτων ἀπαγγελθέντων, πρῶτ' διέγων εἰς τὴν Τιβεριέων πόλιν ἀφικέσθαι καὶ τῇ ἐπιούσῃ
50 περὶ πρῶτην ὥραν ἦκον ἀπὸ τῶν Ταριχαίων, καταλαμβάνων δὲ συναγόμενον ἦδη τὸ πλῆθος εἰς τὴν προσευχὴν ἐφ' ὃ τι δ' ἦν αὐτοῖς σύνοδος, οὐκ ἐγίνωσκον οἱ συλλεγόμενοι. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰωνάθην ἀπροσδοκῆτως θεασάμενοί με παρόντα διεταράχθησαν· εἴτ' ἐπινοοῦσι

quidem et Jesus, qui eo tempore summæ rerum istic præerat, scripserat ad ipsos, promittens se populo persuasurum esse ut venientes exciperent, et in eorum partes transire vellent. Illi quidem hujusmodi spe freti illinc digressi sunt. Ista autem Silas mihi per literas significat, (quem dixi Tiberiadis curatorem me reliquisse,) utque festinarem me rogabat. Atque ego, quum e vestigio illi obsequutus eo me contulissem, in interitus periculum incidi ex hujusmodi causa. Jonathas ejusque collegæ, quum apud Tiberienses essent, et multis adversæ mihi factionis a me deficere suasissent, quum primum me adesse audissent, de se solliciti ad me veniunt, meque salutato beatum prædicabant, qui ita me gesserim in Galilææ rebus administrandis, seque mihi gratulari quod tanto in honore habitus essem; meam enim gloriam sibi in decus cedere dicebant, ut qui civis ipsorum et ab ipsis institutus fuisssem. Adjiciebantque justius esse ut meam erga ipsos amicitiam quam Joannis complecterentur: et domum quidem ocus redire aiebant, manere vero donec Joannem in meam potestatem tradiderint. Atque ista loquuti jusjurandum jurarunt unum et alterum, ex iis quæ apud nos horroris plenissima habentur, quorum gratia illis diffidere nefas ducebam. Deinde me rogabant ut in alium locum deverterem, quod in crastinum diem sabbatum incideret; ipsosque minime decere aiebant Tiberiensium civitatem in tumultus conjicere.

54. Tum ego nihil suspicatus Tarichæas me conferebam, relictis tamen aliquibus in civitate, curiose in sermones inquisituris, qui de me sererentur; et per omnem viam, quæ a Tarichæis Tiberiadem ferebat, aliquammultos disposui, qui, alius ex alio, mihi significarent quæcumque inaudirent ab iis qui in urbe relictis erant. Die igitur sequenti omnes congregantur in proseucham, domum amplissimam et ingentis multitudinis capacem. Quum autem Joannes esset ingressus, palam quidem minime audebat verba facere de defectione, duce vero ineflore civitati ipsorum opus esse aiebat. At Jesus, qui urbi præerat, nihil dissimulans, aperte dicebat, « præstat, o cives, quattuor nos viris quam « uni parere, præsertim illustri ortis genere, et rerum scientia inclitis. » Quibus verbis Jonatham subindicabat ejusque collegas. Hæc loquutum Jesum Justus, quum in medium prodixisset, laudibus extollebat, et nonnullos e plebe in suam sententiam adducebat. At populo haud placebant quæ dicta erant, et proculdubio coorta fuisset seditio, nisi necesse habuissent e concione discedere sexta hora appetente, quo tempore moris est nobis Sabbatis prandere. Atque Jonathas ejusque collegæ, quum in crastinum diem concillium distulissent, re infecta abierunt. Istis autem mihi actutum renunciatis, decrevi mane Tiberiadem pervenire: et prima diei sequentis hora a Tarichæis veniebam, populumque in proseucham jamjam congregatum deprehendo: quem vero in finem advocarentur in concionem, plane nesciverunt qui convenerant. At Jonathas ejusque collegæ, quum me ex improvviso adesse conspexissent, primo perturbati erant, deinde illis in mentem venit rumorem spargere procul visos
62.

διαδοῦναι λόγον ὅτι Ῥωμαῖων ἱππεῖς ἐν τῇ μεθορίᾳ πύρρῳ τριάκοντα σταδίων ἀπὸ τῆς πόλεως, κατὰ τόπον λεγόμενον Ὀμόνοϊαν, εἰσὶν ἐωραμένοι. Καὶ προσαγγελθέντων τούτων ἐξ ὑποβολῆς παρεκάλουν οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθην μὴ περιιδεῖν ὑπὸ τῶν πολεμίων λεηλατούμενην αὐτῶν τὴν γῆν. Ταῦτα δ' ἔλεγον δι' ἐνόϊας ἔχοντες ἐμὲ προφάσει τῆς κατεπειγουσῆς βοηθείας μεταστήσαντες αὐτοὶ τὴν πόλιν ἐχθράν μοι κατασκευάσαι.

10 νε'. Ἐγὼ δὲ καίπερ εἰδὼς αὐτῶν τὸ ἐνθύμημα ὁμῶς ὑπήκουσα, μὴ δόξαν παράσχω τοῖς Τιβεριεῦσιν οὐ προνοούμενος αὐτῶν τῆς ἀσφαλείας. Ἐξήλθον οὖν, καὶ γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, ὡς οὐδ' ἔλχος πολεμίων ἤδρον, ὑποστρέφω συντόνως δέουσας· καὶ καταλαμβάνων τὴν τε βουλὴν πᾶσαν συνεληλυθυῖαν καὶ τὸν δημοτικὸν ὄχλον, ποιουμένους τε πολλὴν κατηγορίαν μου τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην, ὡς τοῦ μὲν τὸν πόλεμον ἐπελαφρύνειν αὐτοῖς ἀμελοῦντος, ἐν τρυφαίᾳ δὲ διάγοντος. Ταῦτα δὲ λέγοντες προὔφερων ἐπιστολάς τέσσαρας ὡς ἀπὸ τῶν ἐν 20 τῇ μεθορίᾳ τῆς Γαλιλαίας γεγραμμένας πρὸς αὐτούς, ἐπὶ βοήθειαν ἥκειν παρακαλοῦντων, (Ῥωμαίων γὰρ δύναμιν μέλλειν ἱππέων τε καὶ πεζῶν εἰς τρίτην ἡμέραν τὴν χώραν αὐτῶν λεηλατεῖν,) ἐπισπεύδειν τε καὶ μὴ περιορθῆναι δεομένων. Ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ Τιβεριεῖς, λέγειν ἀληθὴ δόξαντες αὐτούς, καταβολῆσει ἐποιοῦντο, μὴ καθέζεσθαι με δεῖν λέγοντες, ἀλλ' ἀπελθεῖν ἐπικουρήσοντα τοῖς δημοσίνεσιν αὐτῶν. Πρὸς ταῦτ' ἐγὼ (συνῆκα γὰρ τὴν ἐπίνοιαν τῶν περὶ τὸν Ἰωνάθην) ὑπακούσεσθαι μὲν ἔφην ἐτόμως, καὶ χωρὶς ἀναβολῆς ὁρμήσειν πρὸς τὸν πόλεμον ἐπηγγειλάμην· συνεβούλευον δ' ὁμῶς, καὶ ἐπεὶ τὰ γράμματα κατὰ τέσσαρας τόπους Ῥωμαίους σημαίνει προσβαλεῖν, εἰς πέντε μοίρας διελόντας τὴν δύναμιν, ἐκάστη τούτων ἐπιστῆσαι τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην καὶ τοὺς ἐταίρους αὐτοῦ· πρὸς 35 πειν γὰρ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς μὴ μόνον συμβουλεύειν, ἀλλὰ καὶ χρείας ἐπειγουσῆς ἡγουμένους βοηθεῖν· ἐγὼ γὰρ πλὴν μιᾶς μοίρας οὐκ ἔφην ἀφηγείσθαι δυνατός εἶναι. Σφόδρα τῷ πλήθει συνήρεσεν ἡ ἐμὴ συμβουλία. Κἀκείνους οὖν ἠνάγκαζον ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξίεναι. Τοῖς 40 δ' οὐχὶ μετρίως συνεχύθησαν αἱ γυνῶμαι, μὴ κατεργασαμένους ἀδιενόησαν, ἐμοῦ τοῖς ἐπιχειρήμασιν αὐτῶν ἀντιστρατηγήσαντος.

νε'. Εἷς δὲ τις ἐξ αὐτῶν Ἀνανίας τοῦνομα, πονηρὸς ἀνὴρ καὶ κακοῦργος, εἰσηγήτο τοῖς πλήθεσι πανδημεὶ 45 νηστειαν εἰς τὴν ἐπιούσαν τῷ Θεῷ προβέσθαι· καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν ἐκέλευσεν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἀνόπλους παρῆναι, τῷ Θεῷ φανερόν ποιήσαντας ὅτι μὴ τῆς παρ' ἐκείνου τυγχάνοντες βοηθείας πᾶν ὄπλον ἄχρηστον εἶναι νομίζουσιν. Ταῦτα δ' ἔλεγον οὐ δι' εὐσέβειαν, ἀλλ' 60 ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν ἀνοπλὸν με καὶ τοὺς ἐμούς. Κἀγὼ δι' ἀνάγκην ὑπήκουον, μὴ δόξω καταρροεῖν τῆς περὶ τὴν εὐσέβειαν ὑποθήκης. Ὡς οὖν ἀνεχωρήσαμεν ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰωνάθην γράφουσι τῷ Ἰωάννῃ πρὸς αὐτοὺς ἔωθεν ἀφικέσθαι κελύοντες μεθ'

esse Romanorum equites in confinibus, triginta stadiis ab urbe, in loco qui Homonaea dicitur. Atque istis nunciatis, admonendo hortandoque subjiciunt Jonathas ejusque collegæ, non permittendos esse hostes agrum ipsorum depopulari. Dicebant autem hæc eo animo ut, quum me auxilii præsentis ferendi prætextu ab urbe amovissent, ipsi interim eam mihi infestam infensamque redderent.

55. Ego vero, etiamsi probe noram quid illi in mente agerent, eis tamen obsequutus sum, ne Tiberiensibus viderer parum prospicere illorum securitati. Itaque egressus sum, quumque ad locum pervenissem, ubi ne vestigium quidem ullum hostium deprehendi, maturato itinere revertor, et senatum omnem populique multitudinem congregatam invenio, et Jonatham ejusque collegas prolixam in me accusationem instituentes, quasi nihil pensi haberem eos belli miseriis levare, interim vero in deliciis ipse vitam agerem. Quum ista dicerent, quatuor epistolas proferebant, quasi ab iis qui in Galilææ confinibus degebant ad ipsos scriptas, ut sibi subveniretur obsecrantibus, (Romanorum quippe copias equestres pedestresque intra triduum regionem illorum populaturas esse,) et orantibus ut summa adhiberetur festinatio, et non negligerentur. His auditis Tiberienses, rati illos vera dicere, clamore sublato mihi nequaquam desidendum esse dicebant, sed ad ferendas popularibus suis suppetias abeundum. Ad hæc ego, ut qui intelligerem quid Jonathas sociique cogitarent, respondi me prompte imperata facturum esse, promisi que sine mora in bellum profecturum: ceterum, quandoquidem literæ significarent Romanos in loca quattuor incursionem facere, suadebam oportere in quinque partes divisas copias Jonatham ejusque socios singulos singulis præfici: decere enim viros fortes non modo consilium dare, sed et aliis necessitate urgente ad opem ferendam præire; nam fieri non posse dicebam ut ego nisi partis unius me ducem præberem. Hoc meum consilium vehementer placuit multitudini. Itaque et eos compulerunt ad bellum proficisci. Illi vero non mediocriter animis consternati erant, ut qui perficere non potuerint quæ mente versaverant, quod ego contra ea quæ moliebantur strategemata adhibuerim.

56. Unus autem ex illis, nomine Ananias, vir sceleratus et malorum artifex, auctor erat multitudini ut in crastinum diem universo populo apud Deum indiceretur jejunium: jussitque eadem hora sine armis convenire in eundem locum, Deo palam facturos quod arma parum valere existiment, nisi ipse eis adsit in auxilium. Hæc autem non pietatis ergo dicebat, sed ut me meosque inermes opprimerent. Atque ego, necessitate coactus, parebam, ne piam admonitionem contemnere viderer. Postquam igitur nosmet in domum quisque suam recepimus, Jonathas ejusque collegæ scribunt Joanni, adhortantes ut mane ad ipsos veniat secum

δσων ἂν στρατιωτῶν δυνηθῇ· λήψεσθαι γὰρ εὖ ἐμὲ ὑπο-
χειρίον καὶ ποιήσῃν ὅπερ ἔχοι δι' εὐγῆς. Δεξάμενος
δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἐκεῖνος, ὑπακούειν ἔμελλεν. Ἐγὼ
δὲ τῆς ἐπιτοῦσης ἡμέρας δύο τῶν περὶ ἐμὲ σωματοφυ-
6 λάκων, τοὺς κατ' ἀνδρείαν δοκιμωτάτους καὶ κατὰ πί-
στιν βεβαίους, καλεῶν ξιφίδια χρύψαντας ὑπὸ τὰς
ἐσθῆτας ἐμοὶ συμπροελθεῖν, ἔν' εἰ γένοιτο παρὰ τῶν
ἐχθρῶν ἐπιθεσις ἀμυνώμεθα. Θώρακα δ' ἔλαβον αὐ-
τός, καὶ μάχαιραν ὑπεζωσάμην ὥς οἷόν τε ἦν ἀφανέ-
10 στατα, καὶ ἦλθον εἰς τὴν προσευχὴν.

νϛ'. Τοὺς μὲν οὖν σὺν ἐμοὶ πάντας ἐκκληῖσαι προσέ-
ταξεν Ἰησοῦς ὁ ἄρχων. Αὐτὸς γὰρ ταῖς θύραις ἐφει-
πτήκει· μόνον δὲ μετὰ τῶν φίλων εἰσελθεῖν εἴασεν.
Ἦδη δ' ἡμῶν τὰ νόμιμα ποιοῦνταν καὶ εἰς εὐχὰς τρα-
15 πομένων, ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς περὶ τῶν ληφθέντων ἐκ
τοῦ ἐμπρησμοῦ τῆς βασιλικῆς σκευῶν καὶ τοῦ ἀσπίου
ἀργυρίου ἐπυνθάνετό μου παρὰ τίνι τυγχάνει κείμενα.
Ταῦτα δ' ἔλεγε διατρίβειν τὸν χρόνον βουλόμενος, ἕως
ἂν ὁ Ἰωάννης παραγένηται. Κἀγὼ πάντα Κάπελλον
20 ἔχειν ἔφην καὶ τοὺς δέκα πρώτους Τιβερίων, ἀνακρί-
ναι δ' αὐτοὺς ἔφην εἰ ψεύδομαι. Τῶν δὲ παρ' αὐτοῖς
εἶναι λεγόντων, « οἱ δ' εἴκοσι, εἶπε, χρυσοὶ οὐδ' ἔλαβες
πωλήσας τινὰ σταθμὸν ἀσπίου τί γεγόνασιν; » Καὶ τού-
τοις ἔφην δεδωκέναι πρέσβειν αὐτῶν ἐφόδιον πεμφοει-
25 σιν εἰς Ἱερουσόλυμα. Πρὸς ταῦτα οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰω-
νάθην οὐ καλῶς ἔφασαν πεποιηκέναι με δόντα τοῖς
πρέσβεσι τὸν μισθὸν ἐκ τοῦ κοινού. Παροξυνθέντος δὲ
τοῦ πλήθους ἐπὶ τούτοις, (ἐνόησαν γὰρ τῶν ἀνθρώπων
τὴν πονηρίαν,) συνέει ἐγὼ στάσιν μέλλουσιν ἐξάπτει-
30 σθαι, καὶ προσεξερεθίσαι μάλλον βουλόμενος τὸν δῆμον
ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, « ἀλλ' εἰ γε μὴ ὁρθῶς, εἶπον,
« ἐπραξα δούς τὸν μισθὸν ἐκ τοῦ κοινού τοῖς πρέσβεσιν
« ὑμῶν, παύεσθε χαλεπαίνοντες· ἐγὼ γὰρ τοὺς εἴκοσι
« χρυσοὺς αὐτὸς ἀποτίσω. »

35 νη'. Ταῦτ' εἰπόντος, οἱ μὲν περὶ τὸν Ἰωνάθην ἡσύ-
χασαν, ὁ δὲ δῆμος ἐτι μάλλον κατ' αὐτῶν παρωξύνθη,
φανερὰν ἐπιδεικνυμένων τὴν ἀδικον πρὸς ἐμὲ δυσμέ-
νειαν. Συνιδὼν δὲ τὴν μεταβολὴν Ἰησοῦς, τὸν μὲν
δῆμον ἐκέλευσεν ἀναχωρεῖν, προσμείναι δὲ τὴν βουλὴν
40 ἡξίωσεν· οὐ γὰρ δύνασθαι θορυβουμένους περὶ πρα-
γματῶν τοιούτων τὴν ἐξέτασιν ποιεῖσθαι. Τοῦ δὲ δῆ-
μου βοῶντος μὴ καταλείψειν παρ' αὐτοῖς ἐμὲ μόνον,
ἤκέ τις ἀγγέλλων κρύφα τοῖς περὶ τὸν Ἰησοῦν Ἰωάν-
νην μετὰ τῶν ὀπλιτῶν πλησιάσειν. Καὶ οἱ περὶ τὸν
45 Ἰωνάθην οὐκέτι κατασχόντες αὐτοὺς, (τάχα καὶ τοῦ
Θεοῦ προνοοῦντος τῆς ἐμῆς σωτηρίας· μὴ γὰρ ἂν γενο-
μένου τούτου πάντως ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου διεφθάρην,)
« παύσασθε, ἔφη, ὦ Τιβερίεις, τὴν ζήτησιν εἴκοσι
« χρυσῶν ἔνεκεν. Διὰ τούτους μὲν γὰρ οὐκ ἀξίος ἐστίν
50 « Ἰώσηπος ἀποθανεῖν, ὅτι δὲ τυραννεῖν μὲν ἐπεθύμησε,
« καὶ τὰ Γαλιλαίων πλήθη λόγοις ἀπατήσας τὴν ἀρ-
« γὴν αὐτῶν κατεκτήσατο. » Ταῦτα δὲ λέγοντος, εὐθύς
μοι τὰς χεῖρας ἐπέβαλλον ἀναιρεῖν τε ἐπειρώντο. Ὡς
δ' εἶδον οἱ σὺν ἐμοὶ τὸ γινόμενον, σπασάμενοι τὰς μα-

adducens quocunque milites possit : facile enim me cap-
tutum esse et facturum quicquid facere vellet. Ille ac-
ceptis literis dicto audire in animo habebat. Ego vero die
sequenti duos ex satellitibus qui circa me erant, fortitudine
spectatissimos fideique constantes, jubeo sicis sub vestibus
celatis una mecum prodire, ut, si hostes vim intenterent,
eam propulsarem. Thoracem præterea ipse cepi et
gladio me succinxi, quam occultissime fieri potuit, et in
proseucham veniebam.

57. Ceterum eos qui mecum erant omnes excludi præ-
cepit Jesus princeps. Ipse enim foribus adstitit, solum-
que cum amicis ingredi sivit. Quum autem adhuc in ritibus
patriis occuparemur et ad preces converteremur, surrexit
Jesus, et me de supellectile et argento non signato e regia,
dum combureretur, ereptis percontabatur, apud quem depo-
sita essent : atque hæc eo animo dicebat ut tempus extrahere
ret tantisper dum Joannes adveniret. Ego respondi, quic-
quid fuerit penes Capellum esse et decem Tiberiensium pri-
mores, jussique ut ex ipsis sciscitarentur an mentirer.
Illis vero in sua potestate esse dicentibus, subjecit, « at isti
viginti aurei quos capiebas, quum certum auri non signati
pondus vendidisses, quid de tuis factum est? » Et hos, inquam,
dedi vaticum legatis ab illis Hierosolyma missis. Ad hæc
Jonathas quidem ejusque collegæ responderunt non recte
a me factum, quod legatis ex publica pecunia mercedem
solverim. Ex istis multitudine exasperata, ut quæ homi-
num malignitatem perspexerat, quum ipse intelligerem non
procul a seditione rem abesse, cupiensque magis etiam con-
tra eos populum irritare, adjiciebam : « si male feci,
« quod legatis vestris mercedem dederim ex publico, desi-
« nite mihi succedere; nam ipse viginti istos aureos re-
« pendam. »

58. Quum ista dixissem, Jonathas quidem ejusque col-
legæ conticuerunt : populus vero magis adhuc adversus
illos incitatus erat, ut qui iniquam erga me malevolentiam
palam fecerant. Atque Jesus, ubi *animorum* mutatio-
nem vidit, populum quidem abire jussit, senatum vero ut
maneret imploravit : fieri enim non posse ut in tumultu
de ejusmodi negotiis inquisitio haberetur. Populo autem
clamante se nequitiam me solum apud eos relicturos esse,
accedebat quidam, Jesu ejusque sociis clam nuncians in
propinquo esse Joannem cum militibus. Tum Jonathas
non valens amplius sese cohibere, (Deo fortasse salutis meæ
prospiciente; nisi enim id contigisset a Joanne interissem,)
in hæc verba erumpit, « desinite, o Tiberienses, de viginti
« aureis inquirere; propter hos enim haud morte dignus
« est Josephus, sed quod tyrannidem affectavit, et decepto
« verborum lenociniis Galilæorum vulgo imperium in eos
« est adeptus. » Ista autem quum diceret, e vestigio ma-
nus in me injiciebant, meque interficere adnitebantur. At
quum primum comites mei facinus conspexerunt, gladiis

χαίρας καὶ παῖν ἀπειλήσαντες, εἰ βιάζοντο, τοῦ τε δήμου λίθους ἀραμένους, καὶ βάλλειν ἐπὶ τὸν Ἰωνάθην δρμήσαντος, ἐξαρπάζουσί με τῆς τῶν πολεμίων βίας.

νθ'. Ἐπεὶ δὲ προελθὼν ὀλίγον ὑπαντίζεῖν ἐμελλον τὸν Ἰωάννην ἰόντα μετὰ τῶν ὀπλιτῶν, δέσας ἐκείνων μὲν ἐξέκλιναν· διὰ στενωποῦ δὲ τινος ἐπὶ τὴν λίμνην σωθεὶς καὶ πλοῦ λαβόμενος, ἐμβὰς εἰς τὰς Ταριχαίας διεπεραιώθη, ἀπροσδοκῆτως τὸν κίνδυνον διαφυγών. Μεταπέμπομαί τε εὐθὺς τοὺς πρωτεύοντας τῶν Γαλιλαίων· καὶ φράζω τὸν τρόπον ᾧ παρασπονδηθεὶς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἰωνάθην καὶ τοὺς Τιβεριεῖς παρ' ὀλίγον διαφθαρείην παρ' αὐτῶν. Ὅργισθὲν δ' ἐπὶ τούτοις τῶν Γαλιλαίων τὸ πλῆθος παρεκελεύετό μοι μηκέτι μέλ-
πειν αὐτοὺς ἐλθοῦσιν ἐπὶ τὸν Ἰωάννην ἄρδην αὐτὸν ἀφανίσαι καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην. Ἐπεὶ γὰρ δ' ὁμῶς αὐτοὺς ἐγὼ, καίπερ οὕτως ὀργιζομένους, περιμέ-
νειν αὐτοὺς κελεύω ἕως μάθωμεν τί οἱ πεμψθέντες ὑπ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἀπαγγελοῦσιν.
μετὰ τῆς ἐκείνων γὰρ γνώμης τὰ δοκοῦντα πράττειν αὐτοὺς ἔφην. Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἔπεισα. Τότε δὲ καὶ Ἰωάννης, οὗ λαβούσης αὐτοῦ τέλος τῆς ἐνέδρας, ἀνεζεύγνυν εἰς τὰ Γίσχαλα.

ξ'. Μετ' οὐ πολλὰς δ' ἡμέρας ἀφικνουῦνται πάλιν οὗς ἐπέμψαμεν, καὶ ἀπήγγελλον σφόδρα τὸν δῆμον ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Ἀνανὸν καὶ τὸν Σίμωνα τὸν τοῦ Γαμαλιήλου παρωζύνθαι, ὅτι χωρὶς γνώμης τοῦ κοινοῦ πέμψαντες εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐκπεσεῖν με παρεσκεύασαν. Ἐφασαν δ' οἱ πρέσβεις ὅτι καὶ τὰς οἰκίας αὐτῶν
δὲ δῆμος ὥρμησεν ἐμπεπράναι· ἔφερον δὲ καὶ γράμματα, δι' ὧν οἱ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πρῶτοι, πολλὰ τοῦ δήμου δεηθέντος αὐτῶν, ἐμοὶ μὲν τῆς Γαλιλαίας ἀρχὴν ἐβεβαίουν, τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἰωνάθην προσέτασσον εἰς τὴν οἰκίαν ὑποστρέφειν θῆσσαν. Ἐν-
τῶν οὖν ταῖς ἐπιστολαῖς εἰς Ἀρβηλα κώμην ἀφικόμην, ἐνθα σύνοδον τῶν Γαλιλαίων ποιησάμενος ἐκέλευσα τοὺς πρέσβεις διηγείσθαι τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἰωνάθην ὀργὴν καὶ μισοπονηρίαν, καὶ ὡς κυρώσειαν ἐμοὶ τῆς χώρας
αὐτῶν τὴν προστασίαν, τὰ τε πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἰωνάθην γεγραμμένα περὶ ἀπαλλαγῆς· πρὸς οὓς δὲ καὶ τὴν ἐπιστολὴν εὐθέως διεπεμψάμην, πολυπραγμονήσαν τὸν κομίσαντα κελεύσας τί ποιεῖν μέλλουσιν.

ξα'. Δεξάμενοι δ' ἐκείνῃ τὴν ἐπιστολὴν καὶ ταρα-
χθέντες οὐχὶ μετρίως, μεταπέμπονται τὸν Ἰωάννην καὶ τοὺς ἐκ τῆς βουλῆς τῶν Τιβεριέων τοὺς τε πρωτεύοντας Γαβάρων, βουλὴν τε προτιθέασι σκοπεῖσθαι κελεύοντες τί πρακτέον ἐστὶν αὐτοῖς. Τιβεριεῖσι μὲν οὖν ἀντέχεσθαι μάλλον ἐδόκει τῶν πραγμάτων· οὐ δεῖν γὰρ
ἐφασαν ἐγκαταλιπεῖσθαι τὴν πόλιν αὐτῶν ἀπαξ ἐκείνοις προστεθειμένην, ἀλλως τε μηδ' ἐμοῦ μέλλοντος αὐτῶν ἀφεῖσθαι. Τοῦτο γὰρ ὡς ἡπειληκὸς ἐμοῦ κατεψεύδοντο. Ὁ δὲ Ἰωάννης οὐ μόνον τούτοις συνηρέσκειτο, πορευοῦναι δὲ συνεβούλευεν αὐτῶν τοὺς δύο κα-

strictis plagisque intentatis, si qua mihi illata esset vis, populoque sublati lapidibus in Jonatham irruente, ab hostium violentia me eripuerunt.

59. Postquam vero paululum progressus in eo eram ut Joanni cum militibus iter facienti obviam fierem, præ metu illius de via deflexi, et per angiportum quendam ad lacum salvus perveniens, navigio forte arrepto coque consensu Tarichæas trajeci, ita ut præter expectationem e periculo evaserim. Atque illico Galilæorum primores ad me acciri jubeo, illisque denarro quo modo ab Jonatha sociisque et Tiberiensibus contra fœdera proditus essem, utque parum abfuerit quin ab illis occiderer. Istis auditis, Galilæorum multitudo ira accensa me adhortabatur ut non cunctarer illis bellum inferre, sed ipsis permetterem in Joannem proficisci, eumque cum Jonatha ejusque collegis penitus e medio tollere. Attamen eos, ira licet adeo incitados, ipse reprimebam, expectare jubens donec rescisceremus quidnam legati in Hierosolymitarum urbem ab ipsis missi renunciaturi sint: ex illorum enim sententia quæ factu optima viderentur agere ipsos oportere aiebam. Quumque ista dixissem, eis persuasi. Tunc autem et Joannes, quod insidiæ ei parum successerant, Gischala se recipiebat.

60. Non multis autem post diebus revertuntur legati, et nuntiabant populum valde irasci Anano et Simoni Gamalielis filio, quod, inscio communi Hierosolymorum, in Galilæam ab ipsis missi essent qui id egerint ut ex ea exciderem. Aiebant etiam legati quod incitatus ferebatur populus ad domos eorum comburendas. Præterea literas afferebant, quibus Hierosolymitarum primores, multis precibus eos obsecrante populo, mihi quidem confirmabant Galilææ principatum, Jonathæ vero ejusque collegis præcipiebant quantocius domum redire. Literis igitur perlectis in vicum Arbela concessi: quo loci congregatis Galilæis jussi legatos enarrare quantum irascerentur Hierosolymitæ et indignarentur iniquitatem eorum, quæ perpetrata erant ab Jonatha suisque, et ut regionis ipsorum præfecturam suo decreto mihi ratam fecerint; quæque Jonathæ ejusque sociis scripserant de discessu: ad quos literas e vestigio mittendas curabam, jusso tabellario curiose inquirere quidnam facturi essent.

61. Illi vero, quum epistolam accepissent et non mediocriter turbati essent, accersunt Joannem, et senatores Tiberiensium, primoresque Gabarorum; et hac de re ad concilium referunt, consultare jubentes quidnam ipsos facere oporteat. Tiberiensibus igitur optimum videbatur ut rerum administrationem mordicus tenerent; nec debere eos aiebant urbem suam deserere quæ semet ipsis commiserit, præsertim quum foret ut ipse illis manus non abstinere. Hoc enim confingebant, quasi id illis interminatus fuisset. Et Joannes non solum ista comprobabat, sed et suadebat ut ex ipsis duo me accusatum irent co-

τηγορήσοντάς μου πρὸς τὸ πλῆθος, οὐ μὴ καλῶς τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν διοικῶ, καὶ πείσειν βραδίως αὐτοὺς ἐφ' ἡμέραν τὸ ἀζύγιμα καὶ παντὸς πλήθους εὐτρεπὺς ἔχοντος. Δόξαντος οὖν τοῦ Ἰωάννου κρατίστην εἰσηγησάμενον γνῶμην, ἔδοξε δύο μὲν ἀπένειναι πρὸς τοὺς Ἱεροσολυμίτας, Ἰωανῆν καὶ Ἀνανίαν, τοὺς ἐτέρους δὲ δύο μένοντας ἐν τῇ Τιβεριάδι καταλιπεῖν. Συνεπιγάργοντο δὲ φυλακῆς ἕνεκα τῆς αὐτῶν ὀπλίτας ἑκατόν.

10 ἔδ'. Τιβεριεῖς δὲ τὰ μὲν τεῖχ' ὑπομένοντες ἀσφαλίσθησαν, τοὺς ἐνοίκους δὲ κελεύουσιν ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα· καὶ παρ' Ἰωάννου δὲ μετεπέμψαντο στρατιώτας οὐκ ὀλίγους συμμαχήσοντας εἰ δεήσειεν αὐτοῖς τὰ πρὸς ἡμᾶς. Ἦν δὲ ὁ Ἰωάννης ἐν Γισχάλαις. Οἱ τοίνυν
15 περὶ τὸν Ἰωανῆν ἀναξυῦξαντες ἀπὸ τῆς Τιβεριάδος ὡς ἦγον εἰς Δαβάριττα κώμην ἐν ταῖς ἑσχατιαῖς τῆς Γαλιλαίας κειμένην ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ, περὶ μέσην νύκτα τοῖς ἐμοῖς φύλαξιν ἐμπέπτουσιν· οἱ καὶ κελεύσαντες αὐτοὺς τὰ ὅπλα καταθέσθαι, ἐφύλασσον ἐν
20 δεσμοῖς ἐπὶ τόπου, καθὼς αὐτοῖς ἐντατάλμην. Γράφει δὲ πρὸς με ταῦτα δηλῶν Λευὶς, ὃ τὴν φυλακὴν ἐπεπιστεύκειν. Παραλιπὼν οὖν ἡμέρας δύο, καὶ μηδὲν ἐγνωκέναι προσποιησάμενος, πέμψας πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς συνεβούλευον αὐτοῖς τὰ ὅπλα καταθεμένους
25 ἀπολύειν τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν αὐτῶν. Οἱ δὲ (δόξαν γὰρ εἶχον τοὺς περὶ τὸν Ἰωανῆν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἤδη διαπεπορευθῆναι) βλασφήμους ἐποίησαντο τὰς ἀποκρίσεις. Μὴ καταπλαγεῖς δ' ἐγὼ καταστρατηγεῖν αὐτοὺς ἐπέδουν· πρὸς γὰρ τοὺς πολίτας ἐξάπτειν
30 πόλεμον οὐκ ἐνόμιζον εὐσεβὲς εἶναι. Βουλόμενος δ' αὐτοὺς ἀποσπᾶσαι τῶν Τιβεριέων, μυρίου ὀπλίτας τοὺς ἀρίστους ἐπιλέξας, εἰς τρεῖς μοῖρας διεῖλον, καὶ τούτους μὲν ἀφανῶς ἐν κώμαις προσέταξα λοχῶντας περιμένειν, χιλιούς δὲ εἰς ἐτέραν κώμην, ὁρεινὴν μὲν
35 ὁμοίως, ἀπέχουσαν δὲ τῆς Τιβεριάδος τέσσαρας σταδίου, εἰσῆγαγον, κελεύσας ἐκείνους ἐπειδὴν λάβωσι σημεῖον εὐθὺς καταβαίνειν. Αὐτοὶ δὲ τῆς κώμης προελθὼν ἐν προὔπτῳ καθιζόμενοι. Οἱ δὲ Τιβεριεῖς ὁρῶντες ἐξέτρεχον συνεχῶς καὶ πολλὰ κατεκερτόμουν.
40 Τούτῃ γοῦν ἀφροσύνῃ κατέσχεν αὐτοὺς ὥστε ποιήσαντες εὐπρεπὴ κλίνην προὔθεσαν, καὶ περὶ αὐτὴν ἱστάμενοι ὠδύροντό με μετὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος. Διετιθέμην δ' ἐγὼ τὴν ψυχὴν ἡδέως τὴν ἀνοιαν αὐτῶν ἐπιβλέπων.

45 ἔγ'. Βουλόμενος δὲ δι' ἐνέδρας λαβεῖν τὸν Σίμωνα καὶ σὺν αὐτῷ τὸ Ἰωάζαρον, πέμψας πρὸς αὐτοὺς παρεκάλουν ὀλίγον τῆς πόλεως πορρωτέρω μετὰ φίλων πολλῶν τε τῶν φυλασσόντων αὐτοὺς ἔλθειν· βούλεσθαι γὰρ ἔφην καταβάς σπειρασθαι πρὸς αὐτοὺς καὶ διανεί-
50 μασθαι τὴν προστασίαν τῆς Γαλιλαίας. Σίμων μὲν οὖν, διὰ τὴν ἀνοιαν καὶ πρὸς ἐλπίδι κέρδους ἀπατηθεὶς, οὐκ ὠκνησεν ἔλθειν· ὁ δὲ Ἰωάζαρος ἐνέδραν ὑποπείσας ἔμενεν. Ἀναβάντα δὲ τὸν Σίμωνα μετὰ φίλων τῶν παραφυλασσόντων αὐτὸν ὑπαντιάσας ἡσπα-

ram populo *Hierosolymitano*, quod Galilææ res non satis commode administrem; idque eos facile persuasuros esse dicebat, quum ob auctoritatem, tum quod vulgus varium sit et mutabile. Itaque quum sententiam optimam dixisse visus fuerit Joannes, placuit illis ut duo quidem ad Hierosolymitas abirent, Jonathas et Ananias, alios vero duos apud Tiberiadem mansuros relinqui. Atque in sui custodiam milites centum cogeant.

62. Tiberienses autem mœnibus quidem suis firmandis providerunt, incolas vero arma jubent resumere : et ab Joanne, qui tum Gischalis erat, non paucos milites acciverunt, auxilio futuros, si quando res sua cum eis egerent. Interim Jonathas siveque Tiberiade digressi, simul atque veniebant ad vicum Dabaritta, in extremis Galilææ finibus situm, in campo magno, circa mediam noctem in manus incidunt custodum meorum. Illi vero, quum eos arma deponere jussissent, in vinculis eodem loco asservabant, prout eis præceperam. Mihi autem ista per literas significat Levi, cui custodiam commiseram. Itaque biduo post exacto, quumque nihil me rescivisse simulassem, misso ad Tiberienses nuncio, consulebam ut sinerent homines positis armis in suam quemque domum discedere. Illi vero (nam Jonatham cum suis Hierosolyma jam pervenisse opinabantur) maledica mihi responsa dederunt. Atqui ego, nihil consternatus, strategemate contra eos uti cogitabam : nam nefas esse ducebam contra cives bellum accendere. Volens igitur eos a Tiberiensibus abstrahere, delectis militum fortissimorum decem millibus, eos trifariam divisi, et imperavi ut in vicis in insidiis collocati latitarent; mille autem in vicum alium deducebam, perinde quidem montanum, a Tiberiade vero quatuor stadiis dissitum, quibus edixi ut, simul ac signum acceperint, descenderent. At ipse vico egressus in aperto et propatulo loco castra locabam. Quod quum viderent Tiberienses, continuo se ex oppido proripiebant, et multa in me convicia jactabant. Imo tanta eos amentia corripiebat, ut lectica decenter instructa meam imaginem super ea proposuerint, eamque circumstantes me complorarent cum lusu risuque. At ego, quum illorum dementia aspicerem, ad hilaritatem me componebam.

63. Quum autem vellem Simonem per insidias interciperet et cum eo Joazarum, misso ad eos nuncio obsecrabam ut paulum extra urbem procederent, assumptis secum amicis et aliquammultis qui ipsi præsidio essent : velle enim me aiebam, cum ad eos descendissem, fœdus cum illis ferire et Galilææ præfecturam dividere. Et Simon quidem, per imprudentiam et lucri spe inescatus, non cunctatus est venire; Joazarus vero insidias suspicatus domi manebat. Simoni igitur, quum ascendisset una cum amicis qui ipsi præsidio essent, obviam factas benigne comiterque eum

ζόμην φιλοφρόνως καὶ χάριν ἔχειν ὁμολόγουν ἀνα-
 θάντι. Μετ' οὐ πολὺ δὲ συμπεριπατῶν ὡς κατὰ μό-
 νας τι βουλόμενος εἰπεῖν, ἐπεὶ πορρωτέρω τῶν φίλων
 ἀπήγαγον, μέσον ἀράμενος ἀγαγεῖν εἰς τὴν κώμην τοῖς
 5 μετ' ἐμοῦ φίλοις ἔδωκα· τοὺς ὀπλίτας δὲ καταβῆναι
 κελεύσας, προσέβαλλον μετ' αὐτῶν τῇ Τιβεριάδι. Μά-
 χης δὲ γενομένης ἀμφοτέρωθεν καρτερᾶς, καὶ ὅσον
 οὕτω τῶν Τιβεριέων νικῶντων, (ἐπεφύγεισαν γὰρ οἱ
 παρ' ἡμῖν ὀπλῖται,) τὸ γινόμενον ἰδὼν καὶ τοὺς μετ'
 10 ἔμμουτο παρακαλέσας νικῶντας ἤδη τοὺς Τιβεριεῖς, εἰς
 τὴν πόλιν συνεδίωξα· ἑτέραν δὲ δύναμιν εἰσπέμφας διὰ
 τῆς λίμνης προσέταξα τὴν πρώτην λαβοῦσιν οἰκίαν
 ἐμπρῆσαι. Τούτου δὲ γενομένου νομίσαντες οἱ Τίβε-
 ριεῖς εἰληθῆναι κατὰ κράτος αὐτῶν τὴν πόλιν, ὑπὸ φό-
 15 βου ῥίπτουσι τὰ ὅπλα, μετὰ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων
 ἰκέτευον φείσασθαι τῆς πόλεως αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ πρὸς
 τὰς δεήσεις ἐπιπλασθεὶς τοὺς μὲν στρατιώτας τῆς ὁρμῆς
 ἐπέσχον, αὐτοὺς δὲ (καὶ γὰρ ἑσπέρα κατέλαβεν) μετὰ
 τῶν ὀπλιτῶν ἀπὸ τῆς πολιορκίας ὑποστρέψας περὶ τὴν
 20 τοῦ σώματος θεραπείαν ἐγινόμην. Καλέσας δὲ ἐπὶ
 τὴν ἐστίασιν τὸν Σίμωνα παρεμβούμην περὶ τῶν γε-
 γονότων· ὑπισχνούμην τε δοῦς ἐφόδια αὐτῷ παραπέμ-
 ψειν εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ πάσης ἀσφαλείας.

ξδ'. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιούσαν ἡμέραν μυρίους ἐπαγό-
 25 μενος ὀπλίτας ἦγον εἰς Τιβεριάδα, καὶ μεταπεμφάμε-
 νους εἰς τὸ στάδιον τοὺς πρώτους αὐτῶν τοῦ πλῆθους, ἐκέ-
 λευσα φράζειν οἵτινες ἔλεν αἵτιοι τῆς ἀποστάσεως.
 Ἐνδείξαμένων δὲ τοὺς ἀνδράς, ἐκείνους μὲν δεδεμένους
 εἰς τὴν Ἰωτάπην πόλιν ἐξέπεμψα, τοὺς δὲ περὶ τὸν
 30 Ἰωνάθην καὶ Ἀνανίαν λύσας τῶν δεσμῶν καὶ δοῦς ἐφό-
 δια μετὰ Σίμωνος καὶ Ἰωαζάρου καὶ ὀπλιτῶν πεντακο-
 σίων, οἱ παραφυλάξουσιν αὐτοὺς, ἐξέπεμψα εἰς τὰ
 Ἱεροσόλυμα. Τιβεριεῖς δὲ πάλιν προσελθόντες συγ-
 γινώσκειν αὐτοῖς παρεκάλουν περὶ τῶν πεπραγμένων,
 35 ἐπανορθώσασθαι τὰς ἀμαρτίας τῇ μετὰ ταῦτα πρὸς ἐμὲ
 πίστει λέγοντες. Τὰ δὲ ἐκ τῆς διαρπαγῆς περισσεύ-
 σαντα σῶσαι με τοῖς ἀπολέσασιν ἐδέοντο. Κἀγὼ τοῖς
 ἔχουσι προσέτατον εἰς μέσον πάντα φέρειν· ἀπειθούν-
 των δὲ μέχρι πολλοῦ, θεασάμενός τινα τῶν περὶ ἐμὲ
 40 στρατιωτῶν λαμπροτέραν τοῦ συνήθους περιεκείμενον
 στολὴν, ἐπιθύμην πόθεν ἔχοι· εἰπόντος δὲ ἐκ τῆς κατὰ
 πόλιν ἀρπαγῆς, ἐκείνον μὲν πληγαῖς ἐκόλασα, τοῖς δὲ
 ἄλλοις ἅπασιν ἠπειλήσα μείζω τιμωρίαν ἐπιθήσειν μὴ
 κομίσασιν εἰς ἐμφανὲς ὅσα ἠρπάκεισαν. Πολλῶν δὲ
 45 συναχθέντων, ἐκάστω τῶν Τιβεριέων τὸ ἐπιγινώσθην
 ἀποδέδωκα.

ξε'. Γεγονὸς δ' ἐνταῦθα τῆς διηγῆσεως βούλομαι
 πρὸς Ἰούστον, καὶ αὐτὸν τὴν περὶ τούτων πραγματείαν
 γεγραφέα, πρὸς τε τοὺς ἄλλους τοὺς ἱστορίαν μὲν γρά-
 50 φειν ὑπισχνομένους, περὶ δὲ τὴν ἀλήθειαν ὀλιγώρους,
 καὶ δι' ἔθθραν ἢ χάριν τὸ ψεῦδος οὐκ ἐντρεπομένους,
 μικρὰ διελθεῖν. Πράττουσι μὲν γὰρ ὁμοῖον τι τοῖς πε-
 ρὶ συμβολαίων πλαστὰ γράμματα συντιθεῖσιν, τῷ δὲ
 μηδεμίαν ὁμοίως τιμωρίαν ἐκείνοις δεδιέναι καταπρο-

salutabam, fatebarque me gratiam illi habere quod ad nos
 ascenderit. Paulo vero post, cum eo deambulans, quasi ei
 seorsum remotis ex arbitris vellem aliquid dicere, ubi lon-
 gius eum abduxeram, correptum medium amicis qui
 mecum erant tradidi, in vicum perducendum: militibus-
 que descendere jussis, cum ipsis Tiberiadem ibam oppugna-
 tum. Quum autem utrinque acriter pugnatum esset, pa-
 rumque aberat quin victoria cederet Tiberiensibus, (milites
 enim mei jam terga dederant,) ipse hoc conspecto, eos qui
 mecum erant adhortatus, victores prius Tiberienses in civi-
 tatem usque persequutus sum: aliis vero copiis per lacum
 trajectis mandavi ut domum, quam primum occupassent,
 incenderent. Hoc autem facto, Tiberienses, rati vi ex-
 pugnatum esse ipsorum civitatem, præ metu arma abji-
 ciunt, cumque uxoribus ac liberis supplices orabant ut
 ipsorum urbi parceretur. Ego autem, precibus flexus, im-
 petum quidem militum cohibui, ipse vero (nam vesper
 appetebat) una cum militibus ab urbis obsidione reversus,
 corpori curando incumbēbam. Quumque Simonem ad con-
 vivium adhibuissem, eum super iis quæ acciderant conso-
 labar: atque promittebam fore ut, dato ei viatico, Hiero-
 solyma deduceretur salvus et incolumis.

64. Insequenti vero die cum decem militum millibus
 Tiberiadem veniebam, populique istius primoribus in circum-
 accitis, jussi ut quinam essent defectionis auctores dice-
 rent. Quumque homines indicassent, eos quidem vinctos
 in urbem Jotapam misi, Jonatham vero et Ananiam socios-
 que vinculis solutos et commeatu instructos, una cum Si-
 mone et Joazaro, et militibus quingentis qui eos custodirent
 observarentque, Hierosolyma mittendus curavi. At Tibe-
 rienses, quum ad me iterum confluiscent, supplices obse-
 crabant ut quæ facta essent ipsis ignoscerem, dicentes se
 emendaturos esse quæ male fecissent, suæ in posterum
 erga me fidei constantia. Insuper orabant ut quæcunque
 ex spoliis superessent iis servarentur qui ea perdiderant.
 Atque ego ea habentibus imperabam ut omnia quæ penes
 ipsos essent in medium afferrent: diuque cunctantibus jussa
 mea exsequi, quendam e militibus meis conspicatus veste
 solito splendidiore indutum, eam unde haberet interrogabam;
 quumque respondisset, ex urbis rapinis, illum verberibus
 castigari jubebam, aliis me atrociorē pœnam inflicturum
 esse minatus, nisi quicquid rapuerint in apicum protule-
 rint. Multis itaque comportatis, Tiberiensibus, quod
 quisque pro suo agnovit, reddidi.

65. Quum autem ad hanc narrationis meæ partem deve-
 nerim, libet mihi verba aliquot facere ad Justum, qui et
 ipse hisce de rebus opus composuit, et ad ceteros item,
 qui historiam quidem scribere in se recipiunt, de veritate
 vero parum admodum solliciti sunt, et ex odio gratiave
 falsi quid dicere non verentur. Nam similiter quidem fa-
 ciunt ac ii qui de rebus contractis scripta in medium affe-
 runt ficta et commentitia: sed quod similia ac isti non

νοῦσι τῆς ἀληθείας. Ἰούστος γοῦν συγγράφειν τὰς
περὶ τούτων ἐπιχειρήσας πράξεις καὶ τὸν πόλεμον, ὑπὲρ
τοῦ δοκεῖν φιλόπονος εἶναι ἐμοῦ μὲν κατέψευσται, ἡλή-
θενσε δὲ οὐδὲ περὶ τῆς πατρίδος. Ὅθεν (ἀπολογή-
σασθαι γὰρ νῦν ἀνάγκη ἐξω καταψευδομαρτυρούμενος)
ἐρῶ τὰ μέχρι νῦν σεσωπημένα. Καὶ μὴ θαυμάση
τις ὅτι μὴ πάλαι περὶ τούτων ἐδήλωσα· τῷ γὰρ
ἱστορίαν ἀναγράφοντι τὸ μὲν ἀληθεύειν ἀναγκαῖον,
ἔξεστι δ' ὅμως μὴ πικρῶς τὰς τινων πονηρίας ἐλέγγειν,
10 οὐ διὰ τὴν πρὸς ἐκείνους χάριν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτοῦ
μετρίότητα. « Πῶς οὖν (ἴνα φῶ πρὸς αὐτὸν ὡς πα-
ρόντα), Ἰούστος, δεινότετε συγγραφέν, (τοῦτο γὰρ
« αὐχρεῖς περὶ σεαυτοῦ,) αἵτιοι γεγόναμεν ἐγὼ τε καὶ
« Γαλιλαῖοι τῇ πατρίδι σου τῆς πρὸς Ῥωμαίους καὶ
15 « πρὸς τὸν βασιλέα στάσεως; Πρότερον γὰρ ἢ ἐμὲ τῆς
« Γαλιλαίας στρατηγὸν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἱεροσολυ-
« μιτῶν χειροτονηθῆναι, σὺ καὶ πάντες Τιβεριεῖς οὐ
« μόνον ἀνευλήφατε τὰ ὅπλα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῇ Συ-
« ρίᾳ δέκα πόλεις ἐπολεμεῖτε. Σὺ γοῦν τὰς κώμας
20 « αὐτῶν ἐνέπρασας καὶ ὁ σὸς οἰκίτης ἐπὶ τῆς παρατά-
« ξεως ἐκείνης ἔπесεν. Ταῦτα δὲ οὐκ ἐγὼ λέγω μόνος,
« ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Οὔεσπασιανῶν τοῦ αὐτοκράτορος
« ὑπομνήμασιν οὕτω γέγραπται, καὶ τίνα τρόπον ἐν
« Πτολεμαίδι Οὔεσπασιανῶν κατεβόησαν οἱ τῶν δέκα
25 « πόλεων ἔνοικοι, τιμωρίαν ὑποσχέιν σε τὸν αἴτιον
« ἀξιοῦντες. Καὶ ἐδεδόκεις ἂν δίκην Οὔεσπασιανῶν
« κελεύσαντος, εἰ μὴ βασιλεὺς Ἀγρίππας, λαβὼν ἐξου-
« σίαν ἀποκτείνῃ σε, πολλὰ τῆς ἡδελφῆς Βερενίκης
« δεηθείσης, οὐκ ἀνελὼν δεδεμένον ἐπὶ πολλὸν χρόνον
30 « ἐφύλαξεν. Καὶ αἱ μετὰ ταῦτα δὲ πολιτεῖαι σου
« σαφῶς ἐμφανίζουσιν τὸν τε βίον τὸν ἄλλον, καὶ ὅτι
« σὺ τὴν πατρίδα Ῥωμαίων ἀπέστησας. Ὡν τὰ
« τεκμήρια καὶ γὰρ δηλώσω μετ' ὀλίγον. Βούλομαι δ'
« εἰπεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους Τιβεριεῖς ὀλίγα διὰ σέ
35 « καὶ παραστήσαι τοῖς ἐντυγχάνειν μέλλουσι ταῖς ἱστο-
« ρίαις ὅτι μῆτε φιλορόμαιοι μῆτε φιλοβασιλεῖς γεγό-
« νατε. Τῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ πόλεων αἱ μέγισταί,
« Σέπφωρις καὶ Τιβεριὰς ἡ σὴ πατρίς, ὧ Ἰούστε·
« ἀλλὰ Σέπφωρις μὲν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς Γαλιλαίας
40 « κειμένη καὶ περὶ αὐτὴν κώμας ἔχουσα πολλὰς, καὶ
« τι θρασύνεσθαι δυναμένη πρὸς Ῥωμαίους, εἴπερ
« ἠθέλησεν, εὐχερῶς, διεγνωνκυῖα τῇ πρὸς τοὺς δεσπό-
« τας ἐμμένειν πιστεῖ, καὶ ἐμὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ἐξέ-
« κλεισε, καὶ στρατεύεσθαι τινα τῶν πολιτῶν Ἰου-
45 « δαίοις ἐκώλυσεν· ὅπως δὲ καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς ἀσφαλῆς
« εἶη, ἠπάτησάν με τέχασιν αὐτῶν τὴν πόλιν ὀχυρῶ-
«σαι προτρέψαντες. Καὶ παρὰ Κεστίου Γάλλου τοῦ
« τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ Ῥωμαϊκῶν ταγματῶν ἡγεμονεύσαν-
«τος φρουρὰν ἔχοντες ἐνεδέξαντο, καταφρονήσαντες
50 « ἐμοῦ τότε μέγα δυναμένου καὶ πᾶσι δι' ἐκπλήξεως
« ὄντος. Πολιορκουμένης δὲ τότε τῆς μεγίστης ἡμῶν
« πόλεως Ἱεροσολύμων, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων ἱεροῦ
« κινδυνεύοντος ἐν τῇ τῶν πολεμίων ἐξουσίᾳ γενέσθαι,
« συμμαχίαν οὐκ ἔπεμψαν μὴ βουλόμενοι δοκεῖν κατὰ

metuant supplicia, parvi pendunt et contemptui habent
veritatem. Justus igitur de iis quæ a nobis gesta fuerint
et de bello scribere aggressus, ut diligentiam adhibuisse
videretur, de me mentitus est, deque patria suæ ne vera
quidem protulit. Quamobrem (necesse enim habeo me-
met contra falsa testimonia defendere) eloquar ea quæ
hactenus silui. Neque mirum cuiquam sit quod non antea
ea indicaverim : historiam enim scribenti vera dicere ne-
cessarium est; licet tamen ei non acerbè redarguere quo-
rundam improbitatem, non tam illorum gratia, quam ut
sese moderatum esse ostendat. « Quo modo igitur (ut
« ipsum tanquam præsentem alloquar), Juste, historicorum
« gravissime, (id enim tibimet arrogas,) ipse et Galilæi pa-
« triæ tuæ auctores fuimus seditionis adversum Romanos
« et regem? Prius enim quam a communi Hierosolymorum
« prætor Galilææ essem constitutus, tu et Tiberienses uni-
« versi non solum arma corripuistis, sed et Syriæ decapoli
« bellum intulistis. Tu quippe illius vicos incendisti, tuus
« que famulus in acie illic cecidit. Atque hæc non a me tan-
« tum dicuntur, sed et in Vespasiani Imperatoris commen-
« tariis scripta reperiuntur; et quo modo Vespasianum apud
« Ptolemaidem clamoribus prosequuti sunt decapolitani,
« te unum auctorem ad supplicium deposcentes. Et pœna
« dedisses jussu Vespasiani, nisi Agrippa rex, accepta po-
« testate te interimendi, multis precibus a sorore Berenice
« interpellatus, te non sustulisset, sed diu in custodia
« vinctum servasset. Quin et res, quas postea in republica
« gessisti, palam faciunt et reliquam tuam vitam, et quod
« tu patriæ tuæ auctor fueris defectionis a Romanis. Id quod
« multis indicis paulo infra confirmatum ibo. Volo autem
« propter te aliis etiam Tiberiensibus pauca dicere, facere-
« que ut sciant qui hæc legent historias, quod neque Ro-
« manorum neque regis amici fueritis. Urbium in Galilæa
« maximæ sunt Sepphoris et Tiberias, tua, Juste, patria :
« sed Sepphoris quidem in media Galilæa sita, et circa se
« habens vicos quamplurimos, quæque facile poterat, si
« quidem voluisset, adversus Romanos aliquid audere,
« secum tamen statuens suam erga dominos fidem servare,
« et me urbe sua exclusit, edictoque prohibuit civium suo-
« rum quenquam Judæis merere : utque a me extra peri-
« culum esset, dolo me induxerunt ut urbem eorum mœ-
« nibus munirem. Que facto præsidium receperunt a
« Cestio Gallo, qui Romanis legionibus in Syria præerat,
« me contempro, qui tum potens valde eram et omnibus
« terrori. Quum autem eo tempore oppugnarentur Hiero-
« solyma, urbs apud nos amplissima, et parum aberat quin
« templum omnibus commune in hostium potestatem veni-
« ret, non miserunt suppetias, quod videri nolent arma

« Ῥωμαίων ὄπλα λαβεῖν. Ἡ δὲ σὴ πατρίς, ὦ Ἰούστε,
 « κειμένη ἐν τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ, καὶ ἀπέχουσα
 « Ἰππου μὲν στάδια τριάκοντα, Γαδάρων δὲ ἐξήκοντα,
 « Σκυθοπόλεως δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τῆς ὑψηλοῦ βα-
 « σιλείας, μηδεμίαν δὲ πόλει τῶν Ἰουδαίων παρακειμέ-
 « νης, εἰ ἤθελε τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν φυλάττειν,
 « βῶως ἰδύνατο· καὶ γὰρ ἡ τε πόλις δὲ τε δῆμος ὅλων
 « ἠμπορεῖτο. Ἄλλ' ὥς σὺ φῆς αἴτιος ἦμιν ἐγὼ τότε·
 « μετὰ ταῦτα δὲ τίς, ὦ Ἰούστε; πρὸ γὰρ τῆς Ἱεροσο-
 10 « λύμων πολιορκίας οἶδας ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐμὲ γενόμενον
 « καὶ Ἰωταπάτα κατὰ κράτος ληφθέντα, φρούριά τε
 « πολλὰ, πολὺν τε Γαλιλαίων ὄχλον κατὰ τὴν μάχην
 « πεσόντα. Τότε οὖν ἐχρῆν ὑμᾶς πάντως ἀπῆλλα-
 « γμένους τοῦ δι' ἐμὲ φόβου ῥίψαι τε τὰ ὄπλα καὶ πα-
 15 « ραστῆναι τῷ βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις, ὅτι δὴ οὐχ
 « ἐκόντες, ἀλλ' ἀναγκασθέντες ἐπὶ τὸν πρὸς αὐτοὺς
 « ὠρμήσατε πόλεμον. Ὑμεῖς δὲ καὶ περιμεῖνατε
 « Οὔεσπασιανὸν, ἕως αὐτὸς ἀφικόμενος μετὰ πά-
 « σης τῆς δυνάμεως προσέλθῃ τοῖς τείχεσι, καὶ τότε
 20 « διὰ φόβον τὰ ὄπλα κατέθεσθε, καὶ πάντως ἂν ὑμῶν ἡ
 « πόλις ἦλω κατὰ κράτος, εἰ μὴ τῷ βασιλεῖ δεομένῳ
 « καὶ τὴν ἀνοιαν ὑμῶν παραιτούμενῳ συνεχώρησεν
 « Οὔεσπασιανός. Οὐκ ἐγὼ τοῖνον αἴτιος, ἀλλ' ὑμεῖς
 « οἱ πολεμικὰ φρονήσαντες. Ἡ οὐ μέμνησθε ὅτι το-
 25 « σαυτάκις ὑμῶν ἐγκρατὴς γενόμενος οὐδένα διέφθειρα;
 « στασιάζοντες δὲ ὑμεῖς πρὸς ἀλλήλους, οὐ διὰ τὴν πρὸς
 « τὸν βασιλέα καὶ Ῥωμαίους εὐνοιαν, διὰ δὲ τὴν ὑμε-
 « τέραν αὐτῶν πονηρίαν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε τῶν
 « πολιτῶν ἀπεκτείνετε, κατὰ τὸν καιρὸν ἐκείνον ἐμοῦ
 30 « πολιορκουμένου ἐν Ἰωταπάτοις ὑπὸ Ῥωμαίων. Τί
 « δ' οὐχὶ κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν δισχί-
 « λιοι Τιβεριῶν ἐξητάσθησαν, οἱ μὲν πεπτωκότες, οἱ
 « δὲ ληφθέντες αἰχμάλωτοι; Ἀλλὰ σὺ πολέμιος οὐ γε-
 « γονέναι φῆσεις, ὅτι πρὸς βασιλέα τότε ἔφυγες· καὶ
 35 « τοῦτο δὲ διὰ τὸν ἐξ ἐμοῦ φόβον φημί σε πεποιθέναι.
 « Κἀγὼ μὲν πονηρὸς, ὡς λέγεις· ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίπ-
 « πας, ὁ τὴν ψυχὴν σοι συγχώρησας ὑπὸ Οὔεσπασιανοῦ
 « θανεῖν κατακριθέντι, ὁ τοσοῦτοις δωρησάμενος χρή-
 « μασι, τίνας ἔνεκεν ὑστερον δις μὲν ἔδθησε, τοσαυτά-
 40 « κίς δὲ φυγεῖν τὴν πατρίδα προσέταξε, καὶ ἀποθανεῖν
 « δὲ κελεύσας ἀπαξ, τῇ ἀδελφῇ Βερηνίκῃ πολλὰ δεη-
 « θείσῃ, τὴν σωτηρίαν ἐχαρίσατο; καὶ μετὰ τοσαῦτα
 « δέ σου τὰ κακοεργήματα τάξιν ἐπιστολῶν σοι πι-
 « στεύσας, ὡς καὶ ταύτας σὲ ἤβρε ῥαδιουργοῦντα, ἀπή-
 45 « λασε τῆς ὀψεως. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐλέγχειν
 « ἐπ' ἀκριβὲς ἔω. Θαυμάζειν δ' ἔπεισί μοι τὴν σὴν
 « ἀναίδειαν, ὅτι τολμᾷς λέγειν ἀπάντων τῶν τὴν πρα-
 « γματείαν ταύτην γεγραφότων αὐτὸς ἀμεινον ἐξηγγελ-
 « κέναι, μήτε τὰ πραχθέντα κατὰ τὴν Γαλιλαίαν
 50 « ἐπιστάμενος (ἥς γὰρ ἐν Βηρυτῷ τότε παρὰ βασιλεῖ)
 « μὴθ' ὅσα ἔπαθον Ῥωμαῖοι ἐπὶ τῆς Ἰωταπάτων πο-
 « λιρκίας ἡ ἑδρασαν ἡμᾶς παρακαλοῦσθας, μὴθ' ὅσα
 « κατ' ἐμαυτὸν ἔπραξα πολιορκούμενος δυνηθεὶς πυθέ-
 « σθαι. Πάντες γὰρ οἱ ἀπαγγεῖλαντες ἂν διεφθάρησαν

« sumpsisse adversus Romanos. Tua vero patria, o Juste,
 « ad lacum Gennesariten sita, et distant ab Hippo triginta
 « stadiis, Gadaris sexaginta, et Scythopoli in ditione regis
 « centum et viginti, quum Judæorum urbs nulla ei adja-
 « ceat, si voluisset, facile Romanis fidem servare potuit :
 « nam et civitati ipsi et populo abunde armorum erat.
 « Verum, ut tu dicis, ipse tunc eram in causa : at quis
 « postea, o Juste? nam antequam obsiderentur Hierosolyma,
 « nosti me sub Romanis fuisse, et vi capta Iotapata, mul-
 « taque castella, magnamque populi Galilææ partem acie
 « cecidisse. Tunc igitur oportebat vos omnino a mei ter-
 « rore liberos arma abjecisse, et auxilio venisse regi
 « Romanisque, quandoquidem non sponte, sed necessitate
 « coacti in bellum contra eos irruistis. Quin et vos tantia-
 « per exspectastis Vespasianum, dum ipse cum omnibus
 « suis copiis moribus oppugnandis sese admoveret : ac tunc
 « demum præ metu arma posuistis, et proculdubio vestram
 « vi expugnasset urbem, nisi regi supplicanti vestramque
 « stultitiam excusanti vos condonasset Vespasianus. Non
 « mea igitur est culpa, sed vestra, qui belligerare studuistis.
 « Annon meministis quod, vobis toties superatis, vestrum
 « neminem interfecerim? quum vero vos seditionem inter
 « vosmet agitaretis, non ex benevolentia erga regem et
 « Romanos, sed vestrum ipsorum ex militia, centum et
 « octoginta quinque cives occidistis, quo tempore ipse
 « a Romanis obsiderer Iotapatibus. Quid? annon in Hieroso-
 « lymitana obsidione recensita sunt Tiberiensium duo
 « millia, qui partim ceciderunt, partim captivi facti sunt?
 « Sed forsitan tu hostem te fuisse negabis, quod tum profu-
 « geris ad regem : id quod te fecisse aio mei metu. Et tu
 « quidem me hominem improbum esse dicis. Verum rex
 « Agrippa, qui tibi a Vespasiano capitis damnato vitam in-
 « dulsit et tam magna pecunia te donavit, quæ demum
 « causa semel et iterum in vincula te conjecit, totiesque
 « patria in exsilium ire jussit? quumque semel te morti ad-
 « dixisset, nonne multis Berenices sororis precibus motus
 « salutem tibi concessit? Postea vero quum te, in tot maleficiis
 « deprehensum, ei ab epistolis esse voluisset, ut comperit
 « hic quoque te mala fide rem agere, a conspectu suo te
 « abegit. Sed in hæc diligentius inquirere eaque redar-
 « guere desino. Ceterum mihi subit mirari impudentiam
 « tuam, qui ausus sis dicere, te omnibus qui harum rerum
 « historiam literis mandarunt, melius eas scriptis tuis
 « enarrasse, quum nec ea resciveris quæ per Galilæam gesta
 « sunt, (tunc enim Beryti eras apud regem,) nec eorum
 « quæ Romani passi sunt in Iotapatorum obsidione nosse
 « pati fecerunt, notitiam assequutus fueris; nec res a me
 « gestas dum obsiderer discere potueris. Nam omnes qui
 « ista narrando erant acierum conflictu illic perierunt. Sed

« ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἐκείνης. Ἄλλ' ἴσως τὰ κατὰ
 « τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πραχθέντα μετὰ ἀκριβείας φήσεις
 « συγγεγραφέναι. Καὶ πῶς οἶόν τε; οὔτε γὰρ πολέμῳ
 « παρέτυχες οὔτε τὰ Καίσαρος ἀνέγνως ὑπομνήματα,
 5 « μέγιστον δὲ τεκμήριον, τοῖς Καίσαρος ὑπομνήμασιν
 « ἐναντίαν πεποίησαι τὴν γραφήν. Εἰ δὲ θαρρεῖς
 « ἀμεινον ἀπάντων συγγεγραφέναι, διὰ τί, ζώντων
 « Οὔεσπασιανῶ καὶ Τίτου τῶν αὐτοκρατόρων τοῦ πο-
 « λέμου γενομένων, καὶ βασιλέως Ἀγρίππα περιόντος
 10 « ἔτι καὶ τῶν ἐκ γένους αὐτοῦ πάντων, ἀνδρῶν τῆς
 « Ἑλληνικῆς παιδείας ἐπὶ πλείστον ἡκόντων, τὴν ἱστο-
 « ρίαν οὐκ ἔφερες εἰς μέσον; πρὸ γὰρ εἰκοσιν ἔτων εἴ-
 « χες γεγραμμένην, καὶ παρ' εἰδόντων ἐμеллес τῆς
 « ἀκριβείας τὴν μαρτυρίαν ἀποφέρεσθαι. Νῦν δ' ὅτε
 15 « ἐκείνοι μὲν οὐκέτι εἰσὶ μεθ' ἡμῶν, ἐλεγχθῆναι δ' οὐ
 « νομίζεις, τεθάρρηκας. Οὐ μὴν ἐγὼ σοὶ τὸν αὐτὸν
 « τρόπον περὶ τῆς ἐμαυτοῦ γραφῆς ἔδειξα, ἀλλ' αὐτοῖς
 « ἐπέδωκα τοῖς αὐτοκράτορσι τὰ βιβλία, μονοῦ τῶν
 « ἔργων ᾗδὲ βλεπομένων. Συνήθειν γὰρ ἐμαυτῷ τε-
 20 « τηρηκότι τὴν τῆς ἀληθείας παράδοσιν, ἐφ' ἣ μαρτυ-
 « ρίας τεύξεσθαι προσδοκῆσας οὐ διήμαρτον. Καὶ
 « ἄλλοις δὲ πολλοῖς εὐθὺς ἐπέδωκα τὴν ἱστορίαν, ὧν
 « ἔνοιῳ καὶ παρετευχέρισαν πολέμῳ, καθάπερ βασι-
 « λεὺς Ἀγρίππας καὶ τινες αὐτοῦ τῶν συγγενῶν. Ὁ μὲν
 25 « γὰρ αὐτοκράτωρ Τίτος οὕτως ἐκ μόνων αὐτῶν ἐβου-
 « λήθη τὴν γνώσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν
 « πράξεων, ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία
 « δημοσιεύεσθαι προσέταξεν· ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίππας
 « ἐξήκοντα δύο γέγραπεν ἐπιστολάς, τὴν τῆς ἀληθείας
 30 « παράδοσιν μαρτυρῶν. Ὡν δὲ καὶ δύο ὑπέταξα,
 « καὶ βουλευθέντι σοὶ τὰ γεγραμμένα γνῶναι πάρεστιν
 « ἐξ αὐτῶν. « Βασιλεὺς Ἀγρίππας Ἰωσήφῳ τῷ φιλάτῳ
 « χαίρειν. Ἡδίστα διήλθον τὴν βίβλον. Καὶ μοι
 « πολλὸ ἐπιμελέστερον ἔδοξας τῶν ταῦτα συγγραψάντων
 35 « ἡκρίβωκέναι. Πέμπε δέ μοι καὶ τὰς λοιπάς. Ἐρ-
 « ρωσο, φιλάτε. — Βασιλεὺς Ἀγρίππας Ἰωσήφῳ τῷ
 « φιλάτῳ χαίρειν. Ἐξ ὧν ἔγραψας οὐδεμιᾶς ἰοικας
 « χρῆζειν διδασκαλίας ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν ἡμᾶς διους
 « ἀρχῆθεν. Ὅταν μέντοι συντύχῃς μοι, καὶ αὐτὸς σε
 40 « πολλὰ κατηγήσω τῶν ἀγνοουμένων. » Ἐμοὶ δὲ,
 « ἀπαρτισθείσης τῆς ἱστορίας, Ἀγρίππας οὐ κολακεύων
 « (οὐδὲ γὰρ ἐπέβαλλεν αὐτῷ) οὐδὲ εἰρωνευόμενος, ὥς σὺ
 « φήσεις, (πόρρω γὰρ ἦν ἐκείνος τοιαύτης κακοηθείας,)
 « ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐμαρτύρει, καθάπερ πάντες οἱ
 45 « ταῖς ἱστορίαις ἐντυγχάνοντες. » Ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς
 « τὸν Ἰοῦστον, ἀναγκαίαν λαβόντα τὴν παρέχασιν, μέ-
 « χρι τούτων λελέχθω.

ξς'. Διοικῆσας δ' ἐγὼ τὰ κατὰ τὴν Τιβεριάδα καὶ
 καθίσας τῶν φίλων συνέδριον, ἐβουλευόμην περὶ τῶν πρὸς
 50 Ἰωάννην πραχθησομένων. Ἐδόκει μὲν οὖν πᾶσι τοῖς
 Γαλιλαίοις ὀπίσσαντα πάντας ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Ἰωάννην
 καὶ λαθεῖν παρ' αὐτοῦ δίκας ὡς πάσης τῆς στάσεως
 αἰτίου γεγονότος. Οὐκ ἠρεσκόμην δ' ἐγὼ ταῖς γνώμας
 αὐτῶν, προαίρεσιν ἔχων τὰς ταραχὰς χωρὶς φόνου

« forte dices te accurate omnia perscripsisse, quæ gesta
 « erant contra Hierosolymitas. Et qui potuisti, quum nec
 « ei bello interfueris, nec Cæsaris commentarios legeris?
 « maximoque est indicio, quod scripseris contra quam Cæ-
 « sar in commentariis. Quodsi confidis te omnibus in
 « scribendo præstitisse, cur non, dum viverent Vespasia-
 « nus ac Titus, quorum Imperatorum auspiciis confectum
 « erat bellum, et dum Agrippa rex superstes esset, cognā-
 « tique ejus, viri Græcarum literarum peritissimi, historiam
 « tuam in lucem edidisti? eam utique ante viginti annos
 « scriptis consignatam habebas: et poteras ab iis, quibus
 « omnia explorata erant, accuratæ diligentiae testimonium
 « retulisse. Nunc vero, quando illi quidem nobiscum esse
 « desierunt, teque redargui non posse arbitraris, ausus es
 « librum edere. At non ego de meis libris perinde ac tu
 « sum veritus, sed ipsis Imperatoribus eos obtuli, quum res
 « gestæ pæne adhuc ante omnium oculos versarentur:
 « quippe conscius eram mihi servatæ ubicunque veritatis.
 « Ac proinde quum testimonium illorum speravissem, non
 « sum expectatione mea frustratus. Quin etiam cum plu-
 « ribus aliis historiam meam communicavi, quorum non-
 « nulli bello interfuerant: inter quos fuit rex Agrippa, et
 « quidam ex ejus propinquis. Nam Titus quidem Impera-
 « tor ex iis solis rerum gestarum notitiam hominibus tradi
 « tantopere voluit, ut manu sua subscriptos publicari præ-
 « cepit: rex vero Agrippa duas et sexaginta scripsit epi-
 « stolas, quibus veritatem a me traditam esse testatur. Ex
 « quibus sane duas etiam subjeci; et tibi, si volueris, inde
 « licet ea cognoscere quæ scripta erant. « Rex Agrippa
 « Josepho carissimo S. Libenter admodum perlegi li-
 « brum tuum. Et mihi visus es diligenter magis et accu-
 « rate quam alii, qui de iisdem rebus scripserunt, narra-
 « tionem contexuisse. Fac autem mihi mittas quod reli-
 « quum est. Vale, carissime. — Rex Agrippa Josepho
 « carissimo S. Ex iis quæ scripsisti nihil desiderare vide-
 « ris quod aliquis te edoceat, quo nos omnes quæ gesta
 « fuerint ab initio perspecta habeamus. Tamen quum me
 « conveneris, ipse faciam ut auditione aliquam multa acci-
 « pias quæ igoquantur. » Mihi autem, historia absoluta,
 « Agrippa, non adulatione utens, (hoc enim ei non convenie-
 « bat,) neque ut tu dices dissimulatione, (uam plurimum
 « aberat ab ista ingenii malignitate,) sed, quemadmodum ii
 « omnes qui historias legunt, de veritate ejus testimonium
 « perhibebat. » Et hæc quidem quæ ad Justum spectant, de
 quibus necessario instituenda erat digressio, batenus dicta
 sunt.

66. Ego vero quum res Tiberiadis curassem et amicorum
 concilium coegissem, deliberabam quid de Joanne facien-
 dum esset. Et Galilæis quidem omnibus placuit ut, quum
 ipsos armis instruissem, in Joannem impetum facerem, de-
 que eo tanquam seditionis totius auctore pœnas sumerem.
 At mihi displicebat illorum sententia, cui constitutum erat
 sine cæde tumultus componere. Quamobrem eos adhorta-

καταστέλλειν. Ὅθεν δὴ παρήνεσα πᾶσαν εἰσενέγκασθαι πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ γνῶναι τὰ ὀνόματα τῶν ὑπὸ τῷ Ἰωάννῃ ὄντων. Ποιησάντων δὲ ἐκείνων, γνοὺς ἐγὼ τοὺς ἀνθρώπους οἵτινες ἦσαν, ἐξέθηκα πρόγραμμα, διὰ τούτου πίστιν καὶ δεξιὰν προτείνων τοῖς μετὰ Ἰωάννου θελήσασιν λαβεῖν μετάνοιαν, καὶ ἡμερῶν εἰκοσι χρόνον προέτεινα τοῖς βουλευσασθαι θέλουσι περὶ τῶν ἑαυτοῖς συμφερόντων. Ἡπεῖλουν δὲ, εἰ μὴ ῥίψωσι τὰ ὅπλα, καταπρήσειν αὐτῶν τὰς οἰκήσεις καὶ ἀνθρώποις τὰς οὐσίας. Ταῦτα δὲ ἀκούσαντες οἱ ἄνθρωποι καὶ ταραχθέντες οὐ τι μετρίως, καταλείπουσι μὲν τὸν Ἰωάννην, τὰ δ' ὅπλα ῥίψαντες ἦκον πρὸς μετετραχισχίλιοι τὸν ἀριθμὸν. Μόνοι δὲ τῷ Ἰωάννῃ παρέμειναν οἱ πολῖται καὶ ξένοι τινὲς ἐκ τῆς Τυρίων μητροπόλεως ὡς χίλιοι καὶ πενταχόσιοι. Ἰωάννης μὲν οὕτω καταστρατηγηθεὶς ἐπ' ἐμοῦ, τὸ λοιπὸν ἐν τῇ πατρίδι περίφοβος ἐμείνεν.

Ξ'. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν Σεπφωρίται θαρρήσαντες ἀναλαμβάνουσιν ὅπλα, πεποιθότες τῇ τε τῶν τειχῶν ὀχυρότητι καὶ τῷ πρὸς ἑτέροις ὄντα με ὄρᾶν. Πέμπουσι δὴ πρὸς Κέστιον Γάλλον (Συρίας δ' ἦν οὗτος ἡγεμὼν) παρακαλοῦντες ἢ αὐτὸν ἔχειν ὅσπρον παραληφόμενον αὐτῶν τὴν πόλιν, ἢ πέμψαι τοὺς φρουρήσοντας. Ὁ δὲ Γάλλος ἐλεύσεσθαι μὲν ὑπέσχετο, πότε δὲ οὐ διεσάφηνεν. Κἀγὼ ταῦτα πυθόμενος, ἀναλαβὼν τοὺς σὺν ἐμοὶ στρατιώτας καὶ ὁρμήσας ἐπὶ τοὺς Σεπφωρίτας, εἶλον αὐτῶν τὴν πόλιν κατὰ κράτος. Λαβόμενοι δ' ἀφορμῆς οἱ Γαλιλαῖοι, καὶ παρῆναι τοῦ μίσους τὸν καιρὸν οἰηθέντες, (εἶχον γὰρ ἀπεχθῶς καὶ πρὸς ταύτην τὴν πόλιν,) ὥρμησαν ὡς ἄδην ἀφανίσοντες πάντας σὺν τοῖς ἐποίκοις. Εἰσδραμόντες οὖν ἐνέπιμψαν αὐτῶν τὰς οἰκίας, ἐρήμους καταλαμβάνοντες· οἱ γὰρ ἄνθρωποι δέξαντες εἰς τὴν ἀκρόπολιν συνέφυγον. Διήρπαζον δὲ πάντα, καὶ τρόπον οὐδένα πορθήσεως κατὰ τῶν δημοφύλων παρελπίμανον. Ταῦτ' ἐγὼ θεασάμενος σφόδρα διετέθη ἀνιαρῶς, καὶ παύεσθαι προσέταττον αὐτοῖς, ὑπομιμνήσκων ὅτι τοιαῦτα ὄρᾶν δημοφύλους οὐκ ἔστιν ὀσιον. Ἐπεὶ δ' οὔτε παρακαλοῦντος οὔτε προστάσσοντος ἤκουον, ἐνίκα δὲ τὸ μῖσος τὰς παραινέσεις, τοὺς πιστοτάτους τῶν περὶ ἐμὲ φίλων ἐκέλευσα διαδοῦναι λόγους ὡς Ῥωμαίων μετὰ μεγάλης δυνάμεως κατὰ τὸ ἕτερον μέρος τῆς πόλεως εἰσθεβληκότων. Ταῦτα δ' ἐποίουν ὑπὲρ τοῦ τῆς φήμης ἐμπεσούσης ἐπισχεῖν μὲν τῶν Γαλιλαίων τὰς ὁρμὰς, διασωσάμεν δὲ τὴν τῶν Σεπφωριτῶν πόλιν. Καὶ τέλος προὔχωρσε τὸ στρατήγημα. Τῆς γὰρ ἀγγελίας ἀκούσαντες ἐφοβήθησαν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ καταλιπόντες τὰς ἀρπαγὰς ἔφυγον, μάλιστα δὲ, ἐπεὶ καμὲ τὸν στρατὸν ἐύρων ταῦτά ποιοῦντα. Πρὸς γὰρ τὸ πιστὸν τῆς φήμης ἐσκηπτόμην ὁμοίως αὐτοῖς διατίθεσθαι. Σεπφωρίται δὲ παρ' ἐλπίδα τὴν ἑαυτῶν ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ σοφίσματος ἐσώθησαν.

Ξ'. Καὶ Τιβεριὰς δὲ παρ' ὀλίγον διηρπάσθη ὑπὸ Γαλιλαίων, τοιαύτης αἰτίας ὑποπεσούσης. Τῶν ἐκ

tus sum ad curam omnem adhibendam, ut eorum qui sub Joanne erant nomina ediscerent. Quod quum illi fecissent, comperto mihi qui viri essent, edictum proposui, quo fidam dextramque me illis porrigere dicebam, qui ab Joanne starent, modo respiscerent : atque viginti dierum spatium eis præscripsi, qui suis rebus vellent consulere. Porro minitabar, nisi arma projicerent, me ignem illorum domibus subjecturum esse, bonaque illorum publicaturum. His illi auditis, nec mediocri timore perculsi, Joannem relinquunt, armisque projectis ad me venerunt, numero circiter quattuor millia. Soli vero apud Joannem manserunt cives ipsius, et peregrini quidam e Tyriorum metropoli, mille ferme et quingenti. Joannes quidem, ita meo strategemate superatus, deinceps in patria præ metu se continuit.

67. Sub idem autem tempus Sepphoritæ sumptis animis ad arma provolant, freti firmitate mœnium, et quod me viderent aliis rebus distineri. Itaque mittunt ad Cestium Gallum, (erat autem is tum Syriæ præses,) rogantes ut aut ipse ocus veniret in suam fidem ipsorum civitatem accepturus, aut saltem eo mitteret militum præsidium. Gallus vero se venturum quidem esse promittebat, sed de tempore nihil constituit. Atque ego, quum ista accepissem, assumptis mecum militibus meis et in Sepphoritas facta impressione, vi illorum urbem expugnabam. Galilæi vero, hac occasione arrepta, ratique sibi adesce odii sui satiandi tempus, (isti enim civitati infesti erant infensusque,) incitati ferebantur, quasi cives omnes advenasque ad internecionem usque deleturi. Itaque quum excursionem fecissent, ædes illorum, quas vacuas deprehendebant, igne cremarunt : nam homines præ metu in arcem confugiebant. Diripiebant autem omnia, nec ullum vastationi modum adhibebant adversus populares suos. Ista quum ego animadvertissem, vehementer dolebam, illisque imperabam ut desinerent, nefas esse suggerens ita tractare ejusdem tribus homines. Postquam vero neque obsecranti neque imperanti morem gerebant, (nam admonitionibus prævalebat odii magnitudo,) amicorum qui circa me erant fidissimos jussi rumorem spargere, Romanos cum magna militum manu irruptionem fecisse in alteram urbis partem. Hæc autem faciebam, ut fama percrebescente Galilæorum quidem impetus reprimeretur, servafeturque Sepphoritarum civitas. Tandemque bene successit hoc strategema. Audito enim ejusmodi nuncio sibi ipsis timuerunt, relictisque a tergo quæ raptu ceperant, fugæ se mandarunt, præsertim quum me ducem eadem facere viderent. Nam ad fidem rumori faciendam simulabam me similiter atque ipsos periculo terreri. Sepphoritæ autem præter omnium suorum spem hoc meo commento salutem consequuti sunt.

68. Sed et Tiberias parum abfuit quin a Galilæis diriperetur, ex hujusmodi causa. Senatus ejus primores scri-

τῆς βουλῆς οἱ πρῶτοι γράφουσι πρὸς τὸν βασιλέα, παρακαλοῦντες ἀφικέσθαι πρὸς αὐτοὺς παραληψόμενον τὴν πόλιν. Ὑπέσχετο βασιλεὺς ἔρχεσθαι, καὶ τὰς ἐπιστολάς ἀντιγράφει, καὶ τῶν περὶ κοιτῶνά τι, Κρίσπῳ
6 μὲν τὸννομα, τὸ δὲ γένος Ἰουδαίῳ, δίδωσι πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς φέρειν. Τοῦτον κομίσαντα γράμματα γνωρίσαντες οἱ Γαλιλαῖοι καὶ συλλαβόντες ἀγούσιν ἐπ' ἐμέ· τὸ δὲ πᾶν πλῆθος, ὡς ἤκουσε, παροξυνθέν ἐφ' ὅπλα τρέπεται. Συναχθέντες δὲ πολλοὶ πανταχόθεν κατὰ
10 τὴν ἐπιούσαν ἤκον εἰς Ἀσχωλὶν πόλιν, ἐνθα δὴ τὴν κατάλυσιν ἐποιούμην, καταβοήσεις τε σφόδρα ἐποιούντο, προδόντι ἀποκαλοῦντες τὴν Τιβεριάδα καὶ βασιλέως φίλην, ἐπιτρέπουν τε ἡξίουσιν αὐτοὺς καταβᾶσιν ἀρῆν ἀφανίσαι. Καὶ γὰρ πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς εἶχον ἀπε-
15 χθῶς ὡς πρὸς τοὺς Σεπφωρίτας.

Ξθ'. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ἡπόρουσιν τινὰ τρόπον ἑξαρκάσω τὴν Τιβεριάδα τῆς Γαλιλαίων ὀργῆς ἐπ' αὐτούς. Ἀρνήσασθαι γὰρ οὐκ ἐδυνάμην μὴ γεγραφεῖναι τοὺς Τιβεριεῖς καλοῦντας τὸν βασιλέα· ἤλεγχον γὰρ αἱ παρ' ἐκείνου πρὸς αὐτοὺς ἀντιγραφαὶ τὴν ἀλήθειαν. Σύννοους οὖν
20 πολλὴν ὥραν γενόμενος, « ὅτι μὲν ἡδικήκασιν, εἶπον, « Τιβεριεῖς, οἶδα καὶ γὰρ τὴν πόλιν δὲ αὐτῶν ὑμᾶς οὐ « κοιλύσω διαρκάσαι. Δεῖ δ' ὅμως καὶ μετὰ κρίσεως « τὰ τηλικαῦτα πράττειν. Οὐ γὰρ μόνοι Τιβεριεῖς
25 « προδότες τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γεγονάσιν, ἀλλὰ πολ-
« λοι καὶ τῶν ἐν Γαλιλαίᾳ δοκιμωτάτων. Προσμεί-
« νате δὲ μέχρι τοὺς αἰτίους ἀκριβῶς ἐκμάθω, καὶ
« τότε πάντας ὑποχειρίους ἔξετε καὶ ὅσους ἰδίᾳ ἐπάξει
« δυνήσεσθε ». Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἔπεισα τὸ πλῆθος, καὶ
30 παυσάμενοι τῆς ὀργῆς διελύθησαν. Τὸν παρὰ βασιλέως δὲ πεμφθέντα δεῖναι κελεύσας, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἐπὶ τινὰ τῶν ἑαυτοῦ χρεῶν ἐπαίγουσαν σκηψάμενος ἐκδημεῖν τῆς βασιλείας, καλέσας τὸν Κρίσπον λάθρα προσέταξα μεθύσαι τὸν στρατιώτην φύλακα καὶ
35 φυγεῖν πρὸς βασιλέα· μὴ γὰρ διωχθήσεσθαι. Καὶ ὁ μὲν ταῖς ὑποθήκαις πεισθοῖς διέφυγε, Τιβεριεῖς δὲ μέλλουσα δεύτερον ἀφανίζεσθαι, στρατηγίᾳ τῇ ἐμῇ καὶ προνοίᾳ τῇ περὶ αὐτῆς δεῖν οὕτω κίνδυνον διέφυγεν.

ο'. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν Ἰουστὸς ὁ Πίστου
40 παῖς λαθὼν ἐμὲ διαδιδράσκει πρὸς τὸν βασιλέα. Τὴν αἰτίαν δὲ, δι' ἣν τοῦτο ἔπραξεν, ἀφηγήσομαι. Λαβόν-
τος ἀρχὴν Ἰουδαίοις τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου, Τιβεριεῖς διεγνώκεισαν ὑπακούειν βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίων μὴ ἀφίστασθαι. Πείθει δ' αὐτοὺς Ἰουστὸς ἐφ' ὅπλα
45 χωρῆσαι, νεωτέρων αὐτὸς ἐπιέμενος πραγμάτων, καὶ δι' ἐλπίδος ἔχων ἀρξέειν Γαλιλαίων τε καὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος. Οὐ μὴν τῶν προσδοκῶντων ἐπέτυχεν. Γαλιλαῖοι τε γὰρ, ἐχθρῶς ἔχοντες πρὸς τοὺς Τιβεριεῖς, διὰ μῆνιν ὧν ὑπ' αὐτοῦ πρὸ τοῦ πολέμου ἐπεπόνθεισαν,
50 οὐκ ἠνείχοντο στρατηγούντος αὐτῶν Ἰουστου. Καὶ γὰρ δὲ τὴν προστασίαν τῆς Γαλιλαίας πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ κοινού τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πολλὰς εἰς τοσαύτην ἤκον ὀργὴν ὡς ὀλίγου δεῖν ἀποκτεῖναι τὸν Ἰουστὸν, φέρειν αὐτοῦ τὴν μοχθηρίαν οὐ δυνάμενος. Δείσας οὖν ἐκεί-

bunt ad regem, rogantes ut ad ipsos veniret urbemque sub imperium suum acciperet. Rex se venturum promittebat, illisque rescriptis, et literas ad Tiberienses perferendas cuidam eorum dedit, qui ei a cubiculo erant, Crispo quidem nomine, genere vero Judæo. Galilæi hunc qui literas defererebat agnitum comprehensumque ad me ducunt: plebs autem omnis, hac re audita, valde exasperata erat, et ad arma procurrebat. Quumque multi postridie ejus diei undique congregati essent, ad urbem Asochin, in qua deversabar, veniebant, et vehementer vociferabant Tiberiadem proditricem appellantes regisque amicam: postulabantque ut permitterem ipsis, descensus illic facto, eam funditus evertere. Tiberiensibus quippe æque infensi erant ac Sepphoritis.

69. Ego vero, istis auditis, mecum dubitabam quo modo Tiberiadem iratis Galilæis eriperem. Nam infirmari non poteram Tiberienses literis regem ad se accivisse; nam literæ, ab illo ad eos rescriptæ, rei veritatem arguebant. Itaque quum diu tacitus mecum cogitasset, tandem respondebam, « Tiberienses quidem inique egisse et ipse novi, nec per me « stabit quominus urbem eorum diripiatis. Veruntamen « ejusmodi quid non nisi adhibito judicio admittendum. « Non enim soli Tiberienses libertatem nostram prodiderunt, « sed et multi eorum qui in Galilæa fidei spectatissimæ habentur. Quare manete tantisper, dum exactius edidicerō quinam fuerint proditoris auctores: et tunc omnes « in potestate vestra habebitis, et quotquot eorum vos « singuli adducere poteritis. » Atque hæc loquutus persuasi multitudini: moxque, ubi ira resederat, domum quisque suam discesserunt. Quum autem eum qui a rege missus erat vinciri jussissem, non ita multis post diebus, quum simulasset me necesse habere e regno abire ad aliquid negotii conficiendum, Crispo ad me clam accito, jussi ut militem custodem inebriaret, atque ita ad regem fugeret: neque enim a fuga retractum iri. Et hic quidem consilio meo obsequutus, evasit, Tiberias vero, quum in extremo excidii discrimine iterum constituta esset, mea solertia, qua ei providebam, periculum brevi adeundum hoc modo effugit.

70. Sub idem tempus Justus Pisti filius me inscio ad regem perfugit. Causam autem, cur ita fecerit, exponam. Quum primum ortum esset bellum, quod Judæi contra Romanos gesserunt, Tiberienses decreverant regi parere et a Romanis nequitiam disciscere. Justus vero suadet eis arma capere, quod et ipse novis rebus studeret, speraretque imperium adipisci Galilæorum patriæque suæ. Non tamen voti compos factus est. Nam et Galilæi Tiberiensibus infensi ex ira quam conceperant ob ea quæ ante bellum ab eo passi fuerant, Justum pro duce habere non ferebant. Atque ego, cui commissa erat præfectura Galilææ a communi Hierosolymorum, sæpenumero adeo ira accensus eram ut parum abfuerim ab Justo occidendo, quod malitiam ejus perpeti nequiverim. Ille igitur veri-

νος μὴ καὶ λάβῃ τέλος ἀπαξ ὁ θυμὸς, ἔπειμψε πρὸς βασιλεία, κρείσσον καὶ ἀσφαλέστερον οἰκῆσειν παρ' ἐκείνῳ νομίζων.

οα'. Σεπφωρίται δὲ, παραδόξως τὸν πρῶτον κίνδυνον διαφυγόντες, πρὸς Κέστιον Γάλλον ἔπειμψαν, καὶ ἤκειν παρεκάλουν ὥς αὐτοὺς θάττον παραληφόμενον τὴν πόλιν, ἣ πέμπειν δύναμιν τὴν ἀνακόψουσαν τὰς ἐπ' αὐτοὺς τῶν πολεμίων ἐπιδρομάς. Καὶ τέλος ἔπεισαν τὸν Γάλλον πέμψαι δύναμιν αὐτοῖς ἱππικὴν τε καὶ πεζικὴν 10 πάλιν συγχῆν, ἣν ἔλθοῦσαν νυκτὸς εἰσεδέξαντο. Κακουμένης δὲ ὑπὸ τῆς Ῥωμαϊτῆς στρατιᾶς τῆς περὶ χώρας ἀναλαβὼν ἐγὼ τοὺς περὶ ἐμὲ στρατιώτας, ἤκον εἰς Γάρις κώμην· ἐνθα βαλλόμενος χάρακα πόρρω τῆς Σεπφωριτῶν πόλεως ἀπέχων σταδίων εἴκοσι, νυκτὸς ἐπ' αὐτὴν προσέμιξα, καὶ τοῖς τείχεσι προσέβαλλον· καὶ διὰ κλιμάκων ἐμβιβάσας συγχονὺς τῶν στρατιωτῶν ἐγκρατὴς τοῦ πλείστου τῆς πόλεως μέρους ἐγενόμην. Μετ' οὐ πολλὸν δὲ διὰ τὴν τῶν τόπων ἀγνοίαν ἀναγκασθέντες ἀνεχωρήσαμεν, ἀνελόντες μὲν δυσκαίδεκα Ῥωμαίων πεζοὺς, δύο 20 δὲ ἱππεῖς, ὀλίγους δὲ Σεπφωριτῶν, αὐτοὶ δὲ ἓνα μόνον ἀπέβαλον. Γενομένης δὲ ὕστερον ἡμῖν κατὰ τὸ πεδὸν μάχης πρὸς τοὺς ἱππεῖς, μέχρι πολλοῦ καρτερῶς διακινδυνεύσαντες ἡττήθημεν. Περιελθόντων γάρ με τῶν Ῥωμαίων, οἱ μετ' ἐμοῦ δέισαντες ἐφυγον εἰς τοῦ 25 πίσω. Πίπτει δὲ τῆς παρατάξεως ἐκείνης εἰς τῶν πεπιστευμένων τὴν τοῦ σώματός μου φυλακὴν, Ἰούστος τοῦνομα, καὶ παρὰ βασιλεῖ ποτε τὴν αὐτὴν τάξιν ἐσχηκώς. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν ἡ παρὰ βασιλέως δύναμις ἦκεν ἱππικὴ τε καὶ πεζικὴ, καὶ Σύλλας 30 ἐπ' αὐτῆς ἡγεμὼν, ὃ ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων. Οὗτος οὖν βαλλόμενος στρατοπέδον Ἰουλιᾶδος ἀπέχον σταδίου πέντε, φρουρὰν ἐπέστησε ταῖς ὁδοῖς, τῇ τε εἰς Κανὰ ἀγούσῃ καὶ τῇ εἰς Γάμαλα τὸ φρούριον, ὑπὲρ τοῦ τὰς παρὰ τῶν Γαλιλαίων ὠφελείας τοῖς ἐνόικοις 35 ἀποκλείειν.

οβ'. Ταῦτα δ' ὥς ἐγὼ ἐπυθόμην, πέμπω δισχιλίους ὀπλίτας καὶ στρατηγὸν αὐτῶν Ἰερემίαν· οἱ δὲ καὶ χάρακα θέντες ἀπὸ σταδίου τῆς Ἰουλιᾶδος πλησίον τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ πλέον ἀκροβολισμῶν οὐδὲν ἐπραξαν, 40 μέχρι τρισχιλίου ἐγὼ στρατιώτας ἀναλαβὼν ἤκον πρὸς αὐτοὺς. Κατὰ δὲ τὴν ἐπιῶσαν ἡμέραν ἐν τινι φάραγγι καθίσας λόχον οὐκ ἄπωθεν αὐτῶν τοῦ χάρακος, προεκαλούμην τοὺς βασιλικούς εἰς μάχην, παραινέσας τοῖς μετ' ἐμοῦ στρατιωταῖς στρέφαι τὰ νῦτα μέχρις 45 ἂν ἐπισπάσωνται τοὺς πολεμίους προελθεῖν· ὅπερ καὶ ἐγένετο. Σύλλας γάρ, εἰκάσας ταῖς ἀληθείαις τοὺς ἡμετέρους φεύγειν, προελθὼν ἐπιδιώκειν οἷός τε ἦν. Κατὰ νῦτον δ' αὐτὸν λαμβάνουσιν οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας καὶ σφόδρα πάντας ἐθορύβησαν. Ἐγὼ δὲ εὐθὺς ὀξείᾳ 50 χρησάμενος ὑποστροφῇ, μετὰ τῆς δυνάμεως ὑπήντησα τοῖς βασιλικοῖς, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψα· καὶ κατῴρθωτό μοι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡ πρᾶξις μὴ ἐμποδῶν γενόμενου δαίμονος τινος. Ὁ γὰρ ἱππὸς ἐφ' ᾧ τὴν μάχην ἐποιούμην εἰς τελματώδη τόπον ἐμπεσὼν συγ-

tus ne ira mea aliquando in caedem prorumperet, ad regem misit, fore ratus ut apud illum et melius et tutius habitaret.

71. Sepphoritæ autem, præter opinionem e primo periculo elapsi, ad Cestium Gallum miserunt, rogantes ut ad eos oculus veniret, urbem in fidem suam accepturus, aut militum manum expediret, quæ hostium incursiones reprimeret. Tandemque persuaserunt Gallo de integro ad ipsos mittere copias aliquammultas pedestres equestresque: quas, quum venissent, noctu receperunt. Quum autem regio finitima a militibus Romanis vexaretur, ipse, assumptis qui mecum erant militibus, in vicum cui nomen Garis veniebam, ubi, castris positus valloque circumdatis, quum abessem a Sepphori viginti stadiorum intervallo, nocte copiis urbi admotis mœnibus successi, quumque per scalas magnam militum vim ea scandere fecissem, maximam urbis partem in meam potestatem redigebam. Non multo autem post propter locorum ignorantiam necessitate coacti regressi sumus, occisis duodecim quidem Romanorum pedibus, duobus vero equitibus, et Sepphoritarum nonnullis, uno tantum e nostris desiderato. Aliquanto autem post praelio in planitie cum equitibus conserto, quum diu pericula fortiter adissemus, victi sumus. Nam quum circumventus essem a Romanis, qui mecum erant præ metu terga vertebant. Ex illa vero acie cadit unus eorum quibus credita erat corporis mei custodia, Justus nomine, qui apud regem aliquando eundem locum tenuerat. Per idem autem tempus a rege veniebant copiarum equestres pedestresque, et Sylla qui dux eis præerat, satellitum præfectus. Hic igitur, quum ad stadia quinque a Juliade castra posuisset, custodias præfecit viis, uni ad Cana ducenti, alteri ad castellum Gamala, ut omni a Galilæis commeatu incolæ excluderet.

72. Ista quum primum ego accepissem, duo militum millia eo mitto, et qui dux illis esset Jeremiam. Illi vero, positis prope Jordanem annem castris stadii intervallo ab Juliade, ad nullam nisi velitem pugnam venerunt, donec ipse ad eos me conferebam cum tribus militum millibus. Sequenti vero die quum insidias in valle quadam collocassem, haud ita procul ab illorum castris, regios ad pugnam provocabam, admonitis qui mecum erant militibus, tantisper terga ut obverterent, quoad hostes ad progrediendum elicerent: id quod factum erat. Nam Sylla, ratus nostros fugam non simulatam capessere, egressus sese ad nos persequendum expediebat. A tergo autem ipsum occupant qui ex insidiis surgebant, et omnes valde perturbarunt. Ego vero e vestigio celeriter conversus, cum meis omnibus regibus obviam processi, et in fugam compuli. Atque praelium mihi ea die prorsus ex animi sententia successisset, nisi fors quædam mihi obstitisset. Equus enim, ex quo pugnabam, in locum cænosum forte incidens, simul cum ipso me solo

κχιτήνεγκέ με ἐπὶ τοῦ ἐδάφους· θραύσεως δὲ τῶν ἄρθρων γενομένης ἐπὶ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς, ἐκομίσθην εἰς κώμην Κεφαρνώμην λεγομένην. Οἱ δὲ ἐμοὶ ταῦτ' ἀκούσαντες, καὶ δεδοίκοτες μή τι χεῖρον ἔπαθον, τῆς
6 μὲν ἐπὶ πλείον διώσεως ἀπέσχοντο, ὑπέστρεπον δὲ περὶ ἐμὲ λίαν ἀγωνιῶντες. Μεταπεμφάμενος οὖν ἱατροῦς καὶ θεραπευθεὶς τὴν ἡμέραν ἐκέλευν, αὐτοῦ κατέμεινα πυρέτας, δοῦναι τε τοῖς ἱατροῖς, τῆς νυκτὸς εἰς Ταριχαίας μετακομίσθην.

10 ογ'. Σύλλας δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ πυθόμενοι τὰ κατ' ἐμὲ πάλιν ἐθάρσυναν. Καὶ γνόντες ἀμελεῖσθαι τὰ περὶ τὴν φυλακὴν τοῦ στρατοπέδου, διὰ νυκτὸς ἱππέων λόχον ἰδρύσαντες ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, γενομένης ἡμέρας εἰς μάχην ἡμᾶς προεκαλέσαντο. Τῶν δ' ὑπά-
15 κουσάντων καὶ μέγρι τοῦ πεδίου προελθόντων, ἐπιφανέντες οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας ἱππεῖς καὶ ταράξαντες αὐτοὺς εἰς φυγὴν ἔτρεψαν, ἕξ τε τῶν ἡμετέρων ἔκτειναν, οὐ μὴν μέγρι τέλους τὴν νίκην ἤγαγον. Καταπελευκέναι γάρ τινας ὀπλίτας ἀκούσαντες ἀπὸ Ταριχαίων εἰς Ἰουλιάδα,
20 φοβηθέντες ἀνεχώρησαν.

οδ'. Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον Οὔεσπασιανὸς εἰς Τύρον ἀφικνεῖται καὶ σὺν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας. Καὶ οἱ Τύριοι βλασφημεῖν ἤρξαντο τὸν βασιλέα, Τυρίων αὐτὸν καλοῦντες καὶ Ῥωμαίων πολέμιον. Τὸν
25 γὰρ στρατοπεδάρχην αὐτοῦ Φιλίππον ἔλεγον προδιδωκέναι τὴν βασιλικὴν αὐλὴν καὶ τὰς Ῥωμαίων δυνάμεις τὰς οὐσας ἐν Ἱερουσολύμοις κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν. Οὔεσπασιανὸς δὲ ἀκούσας Τυρίους μὲν ἐπέπληξεν, ὑβρίζουσιν ἄνδρα καὶ βασιλέα καὶ Ῥω-
30 μαίους φίλον· τῷ δὲ βασιλεῖ παρήγεσε πέμψαι Φιλίππον εἰς Ῥώμην, ἐφέροντα λόγον Νέρωνι περὶ τῶν πεπραγμένων. Φιλίππος δὲ πεμφθεὶς οὐχ ἤκεν εἰς ὄψιν Νέρωνι· καταλαβὼν γὰρ αὐτὸν ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄντα διὰ τὰς ἐμπιστούσας ταραχὰς καὶ τὸν ἐμφύλιον
35 πόλεμον, ὑπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. Ἐπεὶ δὲ Οὔεσπασιανὸς εἰς Πτολεμαΐδα παρεγένετο, οἱ πρῶτοι τῶν τῆς Συρίας δέκα πόλεων κατεδύον Ἰούστου τοῦ Τιβερίου, οἱ τὰς κώμας αὐτῶν ἐνέπρησεν. Παρέδωκεν οὖν αὐτὸν Οὔεσπασιανὸς τῷ βασιλεῖ κολασθῆσθαι
40 μενον ὑπὸ τῶν τῆς βασιλείας ὑποτελῶν. Ὁ βασιλεὺς δ' αὐτὸν ἔδωκεν, ἐπικυρψάμενος τοῦτο Οὔεσπασιανόν, ὡς ἀνωτέρω δεδηλωται. Σεπρωρίται δ' ὑπαντήσαντες καὶ ἀσπασάμενοι Οὔεσπασιανὸν λαμβάνουσι δύναμιν καὶ στρατηγὸν Πλάχιδον, ἀναβάντες δὲ μετὰ τούτων,
45 ἐπομένου μου ἄχρι τῆς εἰς Γαλιλαίαν Οὔεσπασιανοῦ ἀφίξεως. Περὶ ἧς τίνα τρόπον ἐγένετο, καὶ πῶς περὶ Ταριχαίαν κώμην τὴν πρώτην πρὸς ἐμὲ μάχην ἐποιήσατο, καὶ ὡς ἐκείθεν εἰς τὰ Ἰωτάπατα ἀνεχώρησαν, καὶ τὰ πεπραγμένα μοι κατὰ τὴν ταύτης πολιορκίαν,
50 καὶ ὃν τρόπον ζῶν ληφθεὶς ἐδόθη, καὶ πῶς ἐλύθη, πάντα τε τὰ πεπραγμένα μοι κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον καὶ τῶν Ἱερουσολύμων πολιορκίαν, μετὰ ἀκριβείας ἐν ταῖς περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις ἀπήγγελα. Ἀναγκαῖον δ' ἐστίν, ὡς οἶμαι, καὶ ὅσα

allisit : quum autem articularum ad manus carpum facta esset contusio, deportatus sum in vicum, cui nomen Cepharnome. At mei, quum ista audivissent, sollicitique essent ne quid forsitan pejus mihi acciderit, ab hostibus quidem persequendis destiterunt, atque reversi de me vehementer animis angebantur. Accitis igitur medicis et curatione adhibita, ibi per eam diem mansi, quod febriculam haberem, et nocte ex medicorum sententia translatus sum Tarichæas.

73. Sylla autem et qui cum eo erant, ubi ad eos perlata essent quæ mihi acciderant, animos resumpserunt : quumque novissent negligentius custodiri castra, noctu trans Jordanem collocata in insidiis equitum turma, prima luce nos ad prælium provocarunt. Quibus pugnam non detrectantibus, et in planitiem progressis, coorti e latebris equites, terrore injecto eos in fugam verterunt; ex nostris etiam sex occiderunt, sibi tamen e manibus victoriam excidere passi sunt. Nam quum audissent milites nonnullos Tarichæis navibus Juliadem advectos esse, præ metu receptui cecinerunt.

74. Non multo autem post Vespasianus Tyrum venit, et cum eo Agrippa rex. Atque Tyrii regem maledictis incensere cœperunt, hostem eum vocantes et Tyriorum et Romanorum. Ejus enim exercitum præfectum Philippum regiam prodidisse dicebant et Romanorum milites qui Hierosolymis erant, idque ipsius jussu. Atqui Vespasianus his auditis Tyrios quidem objurgavit, quod virum et regem et Romanorum amicum contumeliis afficerent; regem vero adhortatus est ut Philippum Romam mitteret, Neroni eorum quæ gesta erant rationem redditurum. Philippus proinde missus in Neronis conspectum non veniebat : quum enim offendisset eum in extremis agentem propter tumultus qui inciderant bellumque civile, ad regem reversus est. Vespasianus autem, posteaquam Ptolemaidem advenerat, Decapolitanorum primores in Justum Tiberiensem palam vociferabant, quod vicos eorum incenderit. Quamobrem Vespasianus eum regi in potestatem tradidit, ut poenas daret regni stipendiariis. At rex eum inscio Vespasiano in vincula conjecit, quemadmodum supra dictum est. Tum Sephoritæ, obviam progressi Vespasiano, eoque salutato, præsidium acceperunt duce Placido, cumque illis ascenderunt, me a tergo eos persequente, donec in Galileam veniret Vespasianus. De quo adventu et cujusmodi erat, et quo modo circa vicum Tarichæam mecum acie primum conflixerunt, utque illinc in Jotapata se receperunt, quæque ipse gessi in ejus loci obsidione, et qui factum est ut ipse vivus captus vinculis astrictus fuerim, et non multo post solutus, quæ item ipse in bello Judaico perfecti, quæque spectant ad Hierosolymorum obsidionem, in libris de bello Judaico non perfunctorie narravi. Mihi autem necessarium esse arbitror ut res a me in vita mea gestas, quas in libros

μή κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον ἀνέγραφα τῶν ἐν τῷ βίῳ μου πεπραγμένων νῦν προσαναγράψαι.

οε'. Τῆς γάρ τῶν Ἰουδαίων πολιορκίας λαβούσης τέλος, γενόμενος παρὰ Ῥωμαίοις μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἐφυλασσόμενη, τὰ πολλὰ διὰ τιμῆς ἄγοντός με Οὔεσπασιανοῦ. Καὶ δὴ κελύσαντος αὐτοῦ ἡγαγόμενη τινὰ παρθένον ἐκ τῶν αἰχμαλωτῶν τῶν κατὰ Καισαρείαν ἀλουσῶν ἐγγώριον· οὐ παρέμεινε δ' αὕτη μοι πολὺν χρόνον, ἀλλὰ λυθέντος καὶ μετὰ Οὔεσπασιανοῦ πορευθέντος εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπῆλλάγῃ. Γυναικία δ' ἐτέραν ἡγαγόμενη κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Κάκειθεν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὺμιν πολιορκίαν συμπεμφθεις Τίτῳ πολλάκις ἀποθανεῖν ἐκινδύνευσα, τῶν τε Ἰουδαίων διὰ σπουδῆς ἐχόντων ὑποχείριόν με λαβεῖν τιμωρίας ἔνεκεν καὶ Ῥωμαίων, ὁσάκις νικῆθαι, πάσχειν τοῦτο κατ' ἐμὴν προδοσίαν δοκούντων, συνεχεῖς καταβολαῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος ἐγίνοντο, κολάζειν με ὡς καὶ αὐτὸν προδότην ἀξιούντων. Τίτος δὲ Καίσαρ, τὰς τοῦ πολέμου τύχας οὐκ ἀγνοῶν, σιγῇ τὰς ἐπ' ἐμὲ τῶν στρατιωτῶν ἐξέλευν ὁρμάς. Ἦδὴ δὲ κατὰ κράτος τῆς τῶν Ἱερουσαλυμιτῶν πόλεως ἐχομένης, Τίτος Καίσαρ ἐπειθὲν με πολλάκις ἐκ τῆς κατασκαφῆς τῆς πατρίδος πᾶν ὅτι θέλωμι λαβεῖν συγχωρεῖν γάρ αὐτὸς ἔφασκεν. Ἐγὼ δὲ τῆς πατρίδος πεσοῦσης μὴδὲν ἔχων τιμιώτερον, δὲ τῶν ἐμαυτοῦ συμφορῶν εἰς παραμυθίαν λαβὼν φυλάττειμι, σωματῶν ἐλευθέρων, τὴν αἴτησιν ἐποιούμην Τίτῳ, καὶ βιβλίῳν ἱερῶν ἐλάβον χαρισσαμένου Τίτου. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν μετὰ πεντήκοντα φίλων αἰτησάμενος οὐκ ἀπέτυχον. Καὶ εἰς τὸ ἱερὸν δὲ πορευθεὶς, Τίτου τὴν ἐξουσίαν δόντος, ἔνθα πολὺ πλῆθος αἰχμαλωτῶν ἐγκέκλειστο γυναικῶν τε καὶ τέκνων, ὅσους ἐπέγνων φίλων ἐμῶν καὶ συνήθων ὑπάρχοντας ἔρρυσάμην, περὶ ἑκατὸν καὶ ἐνενήκοντα ὄντας τὸν ἀριθμὸν, καὶ οὐδὲ λύτρα καταδεμένους ἀπέλυσα, συγχωρήσας αὐτοὺς τῇ προτέρᾳ τύχῃ. Περμφθεις δὲ ὑπὸ Τίτου Καίσαρος σὺν Κερεαλίῳ καὶ χιλίοις ἱππεῦσιν εἰς κώμην τινὰ Θεσκίαν λεγομένην, προκατανοήσων εἰ τόπος ἐπιτήδειός ἐστι χάρακα δεῖσθαι, ὡς ἐκεῖθεν ὑποστρέφων εἶδον πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀνεσταυρωμένους καὶ τρεῖς ἐγνώρισα συνήθεις μοι γενομένους, ἤλγισα τὴν ψυχὴν, καὶ μετὰ δακρύων προσελθὼν Τίτῳ εἶπον. Ὁ δ' εὐθὺς ἐκέλευσεν καθελεῖν αὐτοὺς θεραπείας ἐπιμελεστάτης τυχεῖν. Καὶ οἱ μὲν δύο τελευτῶσι θεραπευόμενοι, ὁ δὲ τρίτος ἔζησεν.

ος'. Ἐπεὶ δὲ κατέπαυσε τὰς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ταραχὰς Τίτος, εἰκάσας τοὺς ἀγροὺς οὓς εἶχον ἐν τοῖς Ἱερουσαλὺμοις ἀνοήτους ἰσομήτους μοι, διὰ τὴν μέλλουσαν ἐκεῖ Ῥωμαίων φρουρὰν ἐγκαθίστασθαι, ἔδωκεν ἐτέραν χώραν ἐν πεδίῳ· μέλλων τε ἀπαίρειν εἰς τὴν Ῥώμην, σύμπλουν ἐδέξατό με πᾶσαν τιμὴν ἀπονέμων. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἦκομεν, πολλὰς ἔτυχον παρὰ Οὔεσπασιανοῦ προνομίας· καὶ γὰρ καὶ καταλύσιν ἔδωκεν ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ πρὸ τῆς ἡγεμονίας αὐτῷ γενομένη,

de bello Judaico non retulerim, nunc quidem memorem.

75. Jotapatorum igitur obsidione ad finem perducta, quum jam essem in Romanorum potestate, summa cura habebam, Vespasiano in plurimis honore me afficiente. Ideo illius jussu uxorem ducebam virginem quandam, ex illarum numero quæ Cæsareæ captæ erant, indigenam. Verum apud me non diu manebat, sed quum solutus essem et cum Vespasiano una profectus Alexandriam, discessit. Uxorem autem alteram ducebam Alexandriæ. Illinc quoque una cum Tito missus ad Hierosolymorum obsidionem, non semel de vita periclitatus sum, et Judæis modis omnibus id agentibus ut me in potestatem suam redigerent, quo me supplicio afficerent; et Romanis, quoties cladem aliquam acciperent, ac si ea ex mea proditioe accidisset, continuo imperatorem appellantis, et me ad penam tanquam illorum proditorem deposcentibus. At Titus Cæsar, non ignarus belli vicissitudinum, militum in me impetum silentio discutiebat. Quumque in eo esset urbs Hierosolymorum ut vi expugnaretur, subinde me hortabatur Titus Cæsar ut ex patriæ excidio quicquid vellem ipse sumerem: quippe hanc potestatem se mihi concedere dicebat. Ego vero patria collapsa nihil prius habens et antiquius, quod in meorum calamitatum consolationem acceptum servarem, quam corpora libera, Titum ea poscebam, simulque accepi libros sacros, quos dono mihi dedit Titus. Quum autem non multo post fratris etiam vitam eum rogassem et amicorum quinquaginta, res mihi ex animi sententia successit. Sed et, facta mihi a Tito potestate, in templum ingressus, in quod inclusa erat magna captivarum mulierum et puerorum multitudo, quotquot inter eos amicorum meorum et familiarium deprehendi, omnes, circiter centum et nonaginta numero, liberavi, nulloque redemptionis pretio soluto dimisi in pristinum fortunæ statum restitutos. Missus deinde a Tito Cæsare cum Cerealio et mille equitibus in vicum quandam cui nomen Thecoa, ad dispiciendum an locus esset castris metandis idoneus, quum illinc revertens multos viderem crucibus suffixos, et in his tres mihi quondam familiares agnoscerem, animo indolui, et quum Titī pedibus lacrimans accidissem, rem ut erat ei referebam. Ille vero mox jussit ipsis detractis adhibendam esse curationem omni cum diligentia, et horum quidem duo dum curarentur animam efflarunt, tertio vero longior vitæ usura reddita est.

76. At Titus, postquam res in Judæa turbatas composuerat, facta conjectura agros quos habebam circa Hierosolyma mihi inutiles fore, propter milites Romanos illic ad regionis custodiam relinquendos, alia mihi prædia donavit in planitie: et Romam profecturus, me navigationis socium assumpsit, magno in honore habitum. Ubi vero Romam pervenimus, curæ non mediocri eram Vespasiano: nam et hospitium mihi dedit iis in ædibus, quas antequam fieret

πολιτεία τε Ῥωμαίων ἐτίμησε καὶ σύνταξιν χρημάτων
 ἔδωκε· καὶ τιμὴν διέτελει μέχρι τῆς ἐκ τοῦ βίου με-
 ταστάσεως, οὐδὲν τῆς πρὸς ἐμὲ χρηστότητος ὑφελόν.
 5 μοι διὰ τὸν φθόνον ἤνεγκε κίνδυνον. Ἰουδαῖος γάρ
 τις, Ἰωνάθης τοῦνομα, στάσιν ἐξεγείρας ἐν Κυρήνῃ
 καὶ δισχιλίους τῶν ἐγγυρίων συναναπέσας, ἐκείνοις μὲν
 αἴτιος ἀπωλείας ἐγένετο, αὐτὸς δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς χώρας
 ἡγεμονεύοντος δεθείς καὶ ἐπὶ τὸν αὐτοκράτορα πεμφθεὶς
 ἔφασκεν ἐμὲ αὐτῷ ὅπλα πεπομφέναι καὶ χρήματα.
 10 Οὐ μὴν Οὐεσπασιανὸν ψευδόμενος ἔλαθεν, ἀλλὰ κα-
 τέγνω θάνατον αὐτοῦ, καὶ παραδοθεὶς ἀπέθανεν.
 Πολλάκις δὲ καὶ μετὰ ταῦτα τῶν βασκαίνοντων μοι
 τῆς εὐτυχίας κατηγορίας ἐπ' ἐμὲ συνθέντων, Θεοῦ
 προνοία πάσας διέφυγον. Ἐλαβὼν δὲ παρὰ Οὐεσπα-
 15 σιανοῦ δωρεὰν γῆν οὐκ ὀλίγην ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. Καθ'
 ὃν δὴ καιρὸν καὶ τὴν γυναῖκα, μὴ ἀρεσκόμενος αὐτῆς
 τοῖς ἥθεσιν, ἀπεπεμφάμην, τριῶν παίδων γενομένην
 μητέρα· ὧν οἱ μὲν δύο ἐτελεύτησαν, εἷς δὲ ὃν Ὑρκανὸν
 προσηγόρευσα περίεστιν. Μετὰ ταῦτα ἡγαγόμεν γυ-
 20 ναῖκα κατωκηκυῖαν μὲν ἐν Κρήτῃ, τὸ δὲ γένος Ἰου-
 δαίαν, γονέων εὐγενεστάτων καὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν
 ἐπιφανεστάτων, ἦθει πολλῶν γυναικῶν διαφέρουσαν, ὡς
 ὁ μετὰ ταῦτα βίος αὐτῆς ἀπέδειξεν. Ἐκ ταύτης
 ὃῃ μοι γίνονται παῖδες δύο· πρεσβύτερος μὲν Ἰου-
 25 στος, Σιμωνίδης δὲ μετ' ἐκείνων, ὁ καὶ Ἀγρίππας
 ἐπικληθεὶς. Ταῦτα μέντοι τὰ κατὰ τὸν οἶκον.
 Διέμεινε δὲ μοι ὁμοια καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτοκρα-
 τῶρων. Οὐεσπασιανοῦ γὰρ τελευτήσαντος, Τί-
 30 τος, τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος, ὁμοίαν τῷ πατρὶ τὴν
 τιμὴν μοι διεφύλαξε, πολλάκις τε κατηγορηθέντος
 οὐκ ἐπίστευσεν. Διαδεξάμενος δὲ τοῦτον Δομετιανὸς
 καὶ προσήυξησε τὰς εἰς ἐμὲ τιμὰς. Τοὺς τε γὰρ κα-
 τ'γορήσαντάς μου Ἰουδαίους ἐκόλασε καὶ δοῦλον
 ἐνούχον, παιδαγωγὸν τοῦ παιδὸς μου, κατηγόρησαντα
 35 κολασθῆναι προσέταξεν. Ἐμοὶ τε τῆς ἐν Ἰουδαίᾳ
 χώρας ἀτέλειαν ἔδωκεν, ἥπερ ἐστὶ μεγίστη τιμὴ τῷ
 λαβόντι. Καὶ πολλὰ δ' ἡ τοῦ Καίσαρος γυνὴ Δομετία
 διέτελεσεν εὐεργετοῦσά με. Ταῦτα μὲν τὰ πεπρα-
 γμένα μοι διὰ τοῦ βίου ἐστίν. Κρινέτωσαν δ' ἐξ
 40 αὐτῶν τὸ ἥθος, ὅπως ἂν ἐθελωσιν, ἕτεροι. Σοὶ δ' ἀπο-
 δεδωκώς, κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε, τὴν πᾶσαν τῆς
 ἀρχαιολογίας ἀναγραφὴν, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐνταῦθα
 καταπαύω τὸν λόγον.

Imperator habitaverat, et civis Romani jure colonestavit,
 et annuam mihi pensionem assignavit; meque honoribus
 cumulare non destitit, sua erga me liberalitate ne minimum
 quidem deminuta donec e vita migrarit: id quod ex invidia
 me in discrimen adduxit. Judæus enim quidam, Jonathas
 nomine, quum seditionem apud Cyrenen excitasset, et bis
 mille indigenis ut idem facerent persuasisset, istis quidem
 in causa erat exitii; ipse vero, a provinciae præside vinctus
 et ad Imperatorem missus, aiebat me arma et pecunias illi
 suppeditasse. Vespasianum tamen non latebat quod men-
 titus fuerit, capitisque eum condemnabat, adeo ut *carnifici*
 traditus perierit. Sape etiam postea accusationibus ab iis,
 qui meæ inviderunt felicitati, in me institutis, Dei provi-
 dentia ex omnibus evasi. A Vespasiano autem dono accipi
 latifundium in Judæa. Quo etiam tempore uxorem di-
 misi, quod ejus mores mihi non placerent, quum jam mater
 facta esset trium liberorum: quorum duo quidem diem suum
 obierunt, unus vero, quem Hyrcanum appellavi, adhuc
 superstes est. Paulo post aliam duxi uxorem, quæ in Creta
 habitarat, genere autem Judæa erat, parentibus nobilissi-
 mis nata et omnium in illa regione splendidissimis, quæ
 multas mulieres morum præstantia superabat, ut vita ejus
 quam deinceps mecum agebat indicio fuit. Ex ea duos
 suscepi filios, Justum natu grandiozem, et post eum Simo-
 nidem, qui et Agrippæ cognomen habet. Et hujusmodi
 quidem res nostræ domesticæ. Mansit autem mihi Impe-
 ratorum benevolentia perpetuo eadem. Nam defuncto
 Vespasiano, Titus, qui eum in imperio excepit, in eodem
 quo pater honore me habuit, quumque sæpius accusarer,
 non credidit. Domitianus autem, qui ei successit, hono-
 ribus etiam et dignitate me auxit. Nam et Judæos accusa-
 tores meos supplicio affecit, et servum eunuchum filii mei
 pædagogum, qui accusationem in me instituerat, puniri
 jussit. Quin mihi, quod attinet ad agros in Judææ pro-
 vincia, tributorum immunitatem dedit, id quod ei qui acce-
 perit honorificentissimum censetur. Ad hæc Cæsaris uxor
 Domitia mihi benefacere nunquam destitit. Et hæc quidem
 sunt quæ per omnem vitam a me gesta sunt. Ex illis vero
 de moribus meis judicent alii, prout cuicumque libuerit.
 Quum autem tui in usum, præstantissime virorum Epa-
 phrodite, antiquitates omnes perscripserim, in præsentia
 hic narrationem claudio.